School of Theology at Claremont
10011451769

GREGORII NYSSENI OPERA DOGMATICA MINORA

PARS II

The Library
of the
CLAREMONT
SCHOOL OF THEOLOGY

1325 North College Avenue
Claremont, CA 91711-3199
1/800-626-7820

INSTITUTUM PRO STUDIIS CLASSICIS

HARVARDIANUM

GREGORII NYSSENI OPERA

VOLUMEN III, PARS II

GREGORII NYSSENI
OPERA

AUXILIO ALIORUM VIRORUM DOCTORUM
EDENDA CURAVERUNT

WERNERUS JAEGER †
HERMANNUS LANGERBECK †
HADWIGA HÖRNER

VOLUMEN III, PARS II

TUTA SUB AEGIDE PALLAS · EJB ·

65
G73
952
v.3
pt 2

GREGORII NYSSENI OPERA DOGMATICA MINORA

PARS II

EDIDERUNT

J. KENNETH DOWNING
JACOBUS A. McDONOUGH, S.J.
HADWIGA HÖRNER

E.J. BRILL
LEIDEN · NEW YORK · KØBENHAVN · KÖLN
1987

Theology Library
SCHOOL OF THEOLOGY
AT CLAREMONT
California

Library of Congress Number 87-14693

ISBN 90 04 07003 6

© *Copyright 1987 by E. J. Brill, Leiden, The Netherlands*

All rights reserved. No part of this book may be reproduced or translated in any form, by print, photoprint, microfilm, microfiche or any other means without written permission from the publisher

PRINTED IN THE NETHERLANDS BY E. J. BRILL

Lectori salutem

Ecce in lucem prodit altera operum dogmaticorum minorum pars qua habes opuscula quattuor parva quidem sed in unoquoque Gregorium totum. qui in primo et ultimo ad interna Christianorum spectans sanctamque Scripturam explicans de quaestionibus hic Origenianis illic Eunomianis disserit, in mediis duobus problemata suscipit inter suos simul et inter externos disputata. philosophus Christianus sive in Filii subiectionem sive in providentiam divinam sive in daemonum vim inquirit, ubique lectorem ad propria sua cogitationum fundamenta deducit aperiens originem mali eiusque eliminationem et animae humanae naturam atque finem illustrans. nimirum libelli de fato et de infantium morte, ut usui erant multis, memoria codicum manuscriptorum ampliore traditi sunt. quo magis editoribus vestigia remotiora investiganda erant ut quid ipsa quidque stirpes Byzantinae notiores valerent eluceret. praeterea nobis cum adhuc tot Gregorii opera arte critica recensita essent necesse visum est et ea quae alii eruerunt probare confirmare et ea quae compleri potuerunt renovatis studiis sufficere, ut expeditiores essent recensiones futurae.

Longum fuit temporis spatium ad nostrum volumen perficiendum, cuius initia iam auctores editionis illustres, Wernerus Jaeger et Hermannus Langerbeck, inspexerunt. manet opus homines decedunt. post proximum volumen editum e vita excessit Paulus Alexander, editor Gregorii homiliarum in Ecclesiasten doctissimus, vir vere amabilis et admirabilis, excessit Christianus Parma, adulescens egregius, qui per annum huic volumini praeparando auxilium tulit, excessit J. Kenneth Downing, socius optimus, quem praemio laboris nobiscum non iam gaudere posse tristes recordamur. quorum omnium et nomina et merita in Gregorio conserventur.

Opus manet. ad perficiendum nunc accinguntur alii. suscepit De anima librum Andreas Spira, Orationem catecheticam Ekkehard Mühlenberg, ut tertiam et graviorem operum dogmaticorum minorum partem ederent. Martinus Henniges iam huic volumini conficiendo operam suam navavit, mox Apologiam in Hexaemeron producet recensitam, ego librum De hominis opificio inter manus habeo. cuius memoriam orientalem nuper excussit Joannes

Joachim Oesterle, cui et ipsi ad hoc volumen excolendum opitulato gratia debetur. gratiam maximam habeo pro consilio numquam deficiente Helmuto Rahn. ut opus ad bonum finem perveniat precamur.

Francofurti ad Moenum
tempore nativitatis Domini
a. MCMLXXXII

Hadwiga Hörner

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

Praefationes
In illud: Tunc et ipse Filius IX
Contra fatum LIII
De infantibus praemature abreptis LXXXV
De Pythonissa CXLVII

Conspectus Codicum CLXVIII

Textus
In illud: Tunc et ipse Filius 1
Contra fatum 29
De infantibus praemature abreptis 65
De Pythonissa 99

Indices 109

IN ILLUD: TUNC ET IPSE FILIUS

EDIDIT

J. KENNETH DOWNING

(PRAEFATIO)

Idem renovandae antiquitatis studium quo Photii temporibus liber Gregorii εἰς τὴν Εὐνομίου ἔκθεσιν in lucem reductus est, de quo Wernerus Jaeger vol. II p. XXII sq praefatur, eruditos etiam ad tractatum In illud: Tunc recuperandum incitavit. exinde huius textus memoria in duos ramos diversos partita per duo de triginta libros manuscriptos ad nos devenit. a classium fontibus quorum primus textum sincerius alter licentius tradidit incipiamus.

De classium fontibus

Primae classis testes, codices veteres O K P X et recentiores Mon107 Par585 Matr4846 quos sub siglo recc comprehendam, his locis in unum coguntur: 3,13 οἷα: ἃ; 4,18 τὸ ante ἕτερον add; 5,4 ἐν om; 6,22 ἔχει: ἔχειν (ν eras in OP); ib. 23 ἀλλὰ μὴν om; 8,6-7 τῆς ante πρὸς coll; 9,3 ἐπὶ: ἐν τῇ; 10,1-2 τῷ θεῷ καὶ πατρὶ om; ib. 12-13 ἢ διὰ om; ib. 15 παρεικάζειν: παρισάζειν; 11,1 προφαινομένων: προφερομένων; 12,12 ὁ ante χριστὸς alt add (sscr P a diorthota monitus, non add X, om multa O); 12,20-13,1 εἰ ... ἐστι: τὸ ... ἔσται; 13,17 λεγομένων: γινομένων; 14,5 ἀναλωθείσης: -λυθείσης; 21,19 γὰρ om (sscr K vel K²); 22,23 ἕν ante ἐσμέν (sic) om (non om X); 28,1 τῷ: τὸ (τῶ K² man rec in P). quibus locis quid lapsui quid studio debeatur haud facile discernas.

Nunc vide quomodo alterius classis testes, F Coisl Q Lips S Z Π inter se conspirent. omissa sunt errore 13,19 τοῦ ἀποστόλου (et τὸν alt om); 21,2 ἔξω (et coll εἶναι ante τῶν σωζομένων), ubi corruptelis veteribus ut opinor incurrens auctor fontis remedia excogitavit. omissa sunt consulto, ni fallor, alia ut loci corrupti seu difficiles sanarentur: 11,4; ib. 7-8; 13,19 (vide supra); 19,9; 26,1; ib. 3-4; 28,4, alia ut notiones rerum commutarentur velut 4,7 θεοῦ; ib. 11 περὶ; 5,5 διὰ τοῦ (quamquam Gregorius non initium totius psalmi laudare sed versum ex eo selectum adsciscere voluit); 9,21 τι; 14,4 κιβδήλου, plura autem omissa videntur elocutionis causa ut superflua eliminarentur cf 3,15 τε; 4,20-21 τῷ—λέγει; 5,3 τὸ; et 9,5 et 12,13 et 13,21 ἐστὶ; 10,15 πείθων; 17,14 ἐν pr; 18,9 τε καὶ; ib. 24 οὑτωσὶ—ῥήματι; 19,6 δὲ; 21,18 οὕτω sec Script; 26,19 οὖν; 28,14 τὸ. depravata sunt errore 4,22 ὑπέταξε: ὑπέταξας; 5,3 ᾧ: ὡς; 18,23 κολασαεῖς (-σσ- F Lips); 27,4 ἑκατέρου: ἑκατέρων; ib. 15 ἡμῶν: ὑμῶν; ib. 19 δὲ δεῖ: δεῖ· δεῖ vel sim. huc fortasse pertinent 5,18; 7,15-16;

8,25; 15,12; 28,19. plura ad sermonis consuetudinem accommodata sunt cf 3,11 διότι ἐν: ἐν γὰρ; 4,5 δοκοῦν: δοκεῖν (recte Π); 5,9 ἐπειδὴ: ἐπεὶ; 10,2 οὐχὶ: οὐ; 22,3 διεστηκότας: διεστῶτας; 25,20 δι'ἧς λέξεως: δι'οὗ; ib. 22 διὰ τῆς τοῦ (om τοῦ OKrecc): et scr διὰ τοῦ et om λέξεως; pro τοίνυν scr οὖν passim scil 13,5; 15,8; 19,21; 26,10; 28,3. et confer ordinem verborum inversum 7,20; 10,2-3 (recte Π); 12,15-16; ib. 19-20; 14,8-9; 15,12 (et τὸν om); 19,10; ib. 16-17 (et τε om); 21,2-3; ib. 12-13; ib. 19; 24,12 (et ἀληθινὸν om). notiones rerum variatae sunt 3,8 αἱρετικῆς: αἰσχρᾶς (om ΖΠ); 4,16 οὐ: μὴ; 10,9 τὸ ... δόγμα: τὴν ... δόξαν; 13,18 γεγραμμένων: λεγομένων; 17,16 ἐνθεωρῆται: ἐν; 22,2 pro προσφυσήματος voce perrara scr ἐμφυσήματος; 23,13 ἑαυτοῦ: αὑτοῦ; 27,13 κυρίου: θεοῦ. addita sunt nulla praeter 5,7 καὶ sec Script (sscr et X) et ib. 20 ζώοις. hoc modo fons alterius classis ab uno vel compluribus viris recensitus est. textus quem illi receperunt propriis corruptelis laboraverat, quem recensitum reliquerunt, priusquam ad libros nobis notos devenit, denuo corruptus est.

Si ea quae primae classi crimini dedimus codici archetypo tribuenda existimes, vitia dico quae testes primae classis fideliter repetierint quaeque auctores alterius classis ingeniose restituerint, non prohibearis quominus alteram classem ex prima derives. at nos quidem respicientes, quam proni fuerint auctores alterius classis ad verba non addenda sed secernenda, non alteram classem ex prima sed utramque classem ex fonte communi, ex archetypo scilicet aetate Byzantina constituto, rationibus diversis originem duxisse putamus.

De classis primae codicibus

Codices veteres sunt

O codex Monacensis graecus 370 membranaceus saec. X foll. 233-248

K codex Venetus Marcianus graecus 67 membranaceus saec. XI foll. 144v-151v

P codex Vaticanus Pii II 4 graecus membranaceus saec. XI foll. 97v-109

X codex Athous Ἐσφιγμένου 49 membranaceus saec. circ. XI foll. 3-11v

ex codice P descripti sunt

Ambr Q 14 sup codex Mediolanensis Ambrosianus graecus Q 14 sup chartaceus saec. XV foll. 267-278v
Vat 445 codex Vaticanus graecus 445 chartaceus saec. XVI foll. 37-42v

O Codex Monacensis opusculum In illud: Tunc inter libellos Ad Harmonium de professione et In Pulcheriam positum numerique nota κβ signatum exhibet. scriba diligens praeter errores 8,20 λείποντι τῇ: λείπον τῇ; 12,12 εἰ δὲ—ἐξήγερται (18 litt) om; 15,11 ἐξουσίαν: ἐξου O corr O²; 25,9 ὡς om; 27,1 ὧν: ὧ praeterque menda minora et itacismo saepius debita damnum textui non intulit. nonnulla in scribendo erasit et correxit, si non in aliis locis at certe in 5,13 ab exemplari suo monitus. plura restituit corrector eadem, ni fallor, aetate (O²) qui ligaturas quoque litterarum resolvit, scripturam continuatam distinxit, spiritus accentusque adiecit correxitve. aut corrector ille aut ipse scriba in eo offensus, quod Gregorius naturam introduxit mali, hanc notionem et 13,22-23 et 14,13 sustulit rasura adhibita. ad p. 14,2-4, alium scilicet locum ex quo Origenis sententia redolet, manus prima pinxit ση.

In margine codicis O manus diversae scholia adscripserunt. manus recentior ad 4,1 memoravit Gregorii Magni orationem apologeticam (scil ad c. XLVI PG 35,453 spectans), manus saeculi circiter XIV ad 14,2-4 ubi prima manus notam ση adiecerat notavit [ca 10 litt] οἱ ἐκτὸς τὴν σημείωσιν ταύτην ἐγγράψαντες εἰ μὲν ἡ τοιαύτη δόξα ἀγαθὴ οὐ [ca 12 litt] ἔχων τῇ τοιαύτῃ δόξῃ [ca 14 litt] εἰ δὲ οὐκ ἀγαθή, ἔπεστι κἀμοὶ ἀναχάζειν (?) ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ δόξῃ [ca 11 litt]. cetera scholia theologus saeculi XV-XVI attulit (ad 14,1.5.6-7; 16,1-2; 20,11sqq) id maxime curans ne lector cum omnem naturam ratione praeditam vel universam creaturam Deo subiectum et purgatum iri legeret, ἀποστατικὰς δυνάμεις subaudiret neu homines voluptatibus inhonestis servientes sed fideles solos intellegeret quos Christus redempsit. ad 16,1-2 lectorem in margine admonet ad poenitentiam quia οὐκ ἔστι μετάνοια ἐν τῷ ᾅδῃ, in 14,5 autem ipsum textum mutavit pro τοῦ καθαρσίου πυρὸς χωνείας inserens καθάρσεως et in margine addidit καθαρτικὸν πῦρ οὐ λέγομεν. ὅτι τὸ ἄυλον ὑλικῷ πυρὶ οὐχ ἅφεταί ποτε. εἰ μήποτ' ἐστὶν ἕτερον πῦρ τὸ τὰς ψυχὰς καθαῖρον ἀνάλογον τῇ ψυχῇ. ἰστέον δὲ ὅτι οὐ πᾶσαι ψυχαὶ καθαίρονται μετὰ τὴν διάλυσιν τοῦ σώματος ἀλλ' ὅσαι συγγνωστὰ ἁμαρτήματα πεπλημμελήκασι καὶ μετανοήσασαι τὴν προσήκουσαν οὐκ ἐνεδείξαντο μετάνοιαν etc vide J. Hardt (622 R) IV, 99.

K Codex Venetus, olim cardinalis Bessarionis, tractatum In illud: Tunc inter eosdem Gregorii libellos atque codex O continet inclusum. sed quoniam libellus De vita Thaumaturgi quem O vicesimum sextum (sic) numerat in codice K iam duodevicesimus extat

eorumque quae sequuntur numeratio adaptata est, tractatus noster in codice K sub numeri nota κγ apparet. de codicis K indole eiusque cum codice Monacensi similitudine Wernerus Jaeger diligenter agit (ll. p. CLXXVII citt.) qui utrumque librum διορθώσεως noni saeculi fructum esse monet. scriba Veneti diligentia non cedit Monacensi, orthographia Monacensem superat. perpauca pessumdedit velut 3,5 τοῦ om; 7,20 εἰς: ὡς; 8,6 τῇ: καὶ; 18,24 ἐν: ἐπὶ; 25,22, alia menda nunc ipse nunc corrector coaevus, K², cui idem exemplar quod scribae ante oculos fuisse opinor, sustulit. cum tanta sit erga memoriam religio, hos quoque locos exemplari potius quam ingenio seu scribae seu correctoris puto deberi: 5,13; 10,12; 15,16; 17,4; 21,19.

P Codex Vaticanus Pii II 4, olim monasterii τοῦ τροπαιοφόρου i.e. Sancti Georgi, ni fallor, Venetorum, tractatum In illud: Tunc praebet inter libellos Ad Olympium de perfectione et Ad Hierium de infantibus conservatum. in textu, quem scriba pulcherrime exaravit atque secundum notulas quas διορθότης in margine adhibuerat diligentissime emendavit, praeter 19,14 τε: τις et 25,20 et 26,3-4 nullum fere mendum relictum est proprium. aliquot locos in P manu recentiore correctos repperimus, e.g. 6,20 ἕν τι ex ἐν τῆι; 28,1 τῶ ex τὸ, quam manum scribae apographi Vaticani fuisse suspicor.

Ambr. Q 14 sup Vat. 445 Ex codicis P apographis Ambrosianus est fidelissimus. nam praeter paucas corruptelas minores neglegentiae debitas duae tantum lectiones occurrunt mutatae 4,7 post μονογενοῦς om θεοῦ Ambros (cf class alt); 22,4 pro πνεῦμα χριστοῦ scr πνεῦμα θεοῦ Ambros. auctor autem Vaticani 445, vir emunctus, textum ex codice P haud sine iudicio descripsit. ea quae variavit ex ipsius ingenio, quae peccavit ex indole exemplaris explicari possunt, cf imprimis 6,13 post εἴη scr λέγουσα ad initium non sequentis sed eiusdem versus exemplaris recurrens; 15,5 post ἀπαρχὴ continuavit 7 τῶν κεκοιμημένων ad eundem fere versus locum paululo infra in exemplari aberrans, scil fol 99 vers 3 et fol 102v verss 10 et 13 codicis P. sed menda huiusmodi vir attentus statim sustulit. cum haec facile perspiciantur, non liquet qua ratione adductus auctor Vaticani 445 ordinem sex libellorum commutaverit. pro serie quam in P invenit quamque ipse in indice transcribendo conservavit: De professione, Orationis catecheticae capita tria, De fide, De perfectione, In illud: Tunc, De infantibus, hanc novam reddidit: De fide, De infantibus, Orat cat capita tria, In illud: Tunc, De professione, De perfectione.

X Cum codice P artiore cognationis vinculo coniunctus est codex Athous, liber formae quadratae, pulchris ornamentis decoratus, scripturae nitidissimae, quae tamen in imaginibus obfuscatis quibus usus sum haud facile discernitur. in eo unaquaeque pagina versibus uno et triginta, unusquisque versus litteris circiter quinquaginta completur. de huius libri aetate viri docti inter se non consentiunt: saeculum XII ei vindicant Sp. P. Lambros et J. P. Cavarnos et M. Aubineau, saeculum autem X laudant W. Jaeger et J. Daniélou (ll. p. CLXXII citt.). et mihi nostrae partis imagines perscrutanti hic liber aliquanto vetustior saeculo XII esse videtur. codex continet post auctoris ignoti fragmentum de aquae natura breve Gregorii opera In illud: Tunc, In Pulcheriam (!), De virginitate, De tridui spatio, De vita Moysis. unus ex veteribus classis primae testibus codex X textum deformatum tradidit. omissa sunt verba singula cf 6,6; 9,24; 13,18; 14,8-9, omissa sunt complura cf 21,23 ἦν—δόξαν; 23,14 ὡς—σῶμα; 17,18-19 ὅταν—οὖσιν (pro quibus verba ex lin 16-17 repetuntur), unde concludimus exemplar codicis X binis columnis versibusque quattuordecim vel sedecim litterarum fuisse exaratum. ex indole codicis P qui binis quidem columnis sed versibus litterarum circiter viginti constat neque lacunae neque alia menda codicis X orta sunt. praeterea in X ordo verborum saepe inversus est cf 9,4-5; ib. 7; ib. 22; 14,17-18; 16,9; 20,2; ib. 11; 23,19 (ut Π), neque desunt lectiones studiose variatae velut 4,4 ἀποστόλου: παύλου; 5,6-7 προφερόμενον: ἐπαγόμενον; 9,17 add τῇ ante συμπληρώσει; 11,11; 16,13; ib. 19; 19,3; 23,2. quibus locis adiungenda puto 11,2; ib. 4 (cf class alt); ib. 6, verba haud temere ut opinor omissa. lectiones s. Scripturae observatae sunt 5,7; 17,4; ib. 15; 19,3; 22,23; 27,16. recte praebet X 26,3-4 cum O^2K^2. apparet igitur hunc codicis X textum a docto viro recensitum esse simili ratione qua textus alterius classis tractatus est. cum tamen errores manifesti reperiantur, cf praeter menda supra citata 15,15; 25,19; 26,8; ib. 16; 27,4, inter doctum auctorem et scribam indoctum discerni potest.

Nunc in rationem quae inter testes antiquos intercedat diligentius quaerendum est. testes recentiores simul iam adhibebo.

PX Codices P et X satis multis locis proprio modo inter se conspirant: 10,19 τῶν alt om PX; 13,21 οὖν om PX; 24,18 add ἐν ante πάσῃ τῇ κτίσει PX; 26,19 καταργηθήσεσθαι: καταργηθῆναι PX; 27,15 θεοῦ: χριστοῦ PX. fortasse huc pertinent etiam 5,5 διὰ τοῦ OKrecc (praeter Par585): διὰ τὸ PPar585 διὰ τῷ X om class alt; 22,20

ἐπεξηγήσεως OKrecc Coisl: ἐξηγήσεως PX class alt (praeter Coisl). intercedit igitur in stemmate inter fontem totius classis et codices P et X exemplar intermedium a viro docto confectum. PX soli recte praebent 4,12 ὡς ante ἀληθῶς more Platonico PX: om cett; ib. 20 ὡς PX: om OKrecc om multa class alt; 25,19 κρινεῖ PX: κρίνει cett. accedit 25,22 διὰ τῆς τοῦ PX: διὰ τῆς OKrecc (διὰ τὸ Matr) et scr διὰ τοῦ et om λέξεως class alt.

OKrecc Codices autem O et K, quibus recentiores accedunt, duobus tantum mendis certis a reliquis distinguuntur: 18,13 διὰ τούτου: διὰ τοῦτο OKrecc (o alt ex corr Par585); 25,22 (vide supra) τοῦ om OKrecc (var Matr). adde 13,19 (vide app) pro προσθήσω scr προθήσω OKrecc (προσθήσω Matr) et Coisl; 5,13 τῶν μὲν PXO (prius) Krecc (praeter Matr): μὲν τῶν O (ex corr ipse) K^2 Matr class alt. nonne varia lectio ut in archetypo ita in fonte OKrecc communi? quamquam testimonia huiusmodi exigua esse videntur, tamen quoniam in codicibus tanta diligentia non solum scriptis sed etiam secundum exemplar correctis parva magni sunt aestimanda, fontem proprium etiam codicibus O et K et recc, quos statim enarrabo, vindicare audeo.

Ecce testes recentiores

Mon 107	codex Monacensis graecus 107 chartaceus saec. XVI foll. 174v-183v
Par 585	codex Parisinus graecus 585 chartaceus saec. XVI foll. 230v-239v
Par 586	codex Parisinus graecus 586 chartaceus saec. XVI foll. 302v-312v
Matr 4864	codex Matritensis Archivi historici graecus 163,6 nunc Bibliothecae nationalis 4864 chartaceus saec. XVI foll. 239v-250

Hi libri quattuor aetate concilii Tridentini extiterunt. Monacensis, Parisinus 585, Matritensis eadem Gregorii opera eodemque ordine composita atque codex O continent; Parisinus 586 hoc differt quod alia quinque Gregorii opera praemisit, opusculum De Abraham de deitate filii et spiritus sancti omisit, ante tres orationes paschales illam In sanctum et salutare Pascha (inc Ἡ μὲν ἀληθινὴ) addidit. de Parisino 586 et de Matritensi vide quae H. Hörner explicat infra pp. XCVI et CXXXVI.

Recentiorum unusquisque recta via ex fonte codicum OK communi descriptus est. nam a consensu OK non discrepant nisi singuli aut in propriis aut casu quodam cum aliis in eundem errorem

incidentes. neque ea quae codici O vel codici K peculiaria sunt, recentiores repetunt. mendum autem commune quo hi quattuor libri recentiores inter se conspirant non reperimus neque tres contra unum consentiunt neque duo similiter peccant nisi erroribus proclivibus. confirmatur igitur sententia Andreae Spira dicentis ex fonte codicis O neque ex codice O ipso recentiores tamquam fratres descendisse.

Priusquam de hoc fonte, unde O et K et recc originem duxerunt,
plura conferam, de recentiorum indole paucis absolvam. exemplar
Par. commune fidelissime depinxit scriba Parisini 586, qui nihil praeter
586 singulas litteras pessumdedit e.g. 6,16 θεῷ: τῷ; 17,6 δεῖ: εἰ; 19,5 τὸ:
Mon. τὰ, fideliter quoque Monacensis qui tres tantum locos gravius cor-
107 rupit 4,20 ὑποτέτακται: τέτακται; 6,12 ὑποταγήσεσθαι: -σεται; 12,16
Par. μερικῇ: μετρικῇ. saepius in describendo scriba Parisini 585 peccavit,
585 et omisit e.g. 11,8-9 εἰς—ὃν (46 litt); 18,6 ἀναλογίας ἑκάστου. maxi-
Matr. ma autem licentia usus est scriba Matritensis. is enim non solum
4864 multa neglexit e.g. 17,11-12 τότε—πάντα pr (47 litteras quae in Par
585 fol 235v versum quartum totum complent fortuita quidem congruentia); 18,21-22 αὐτοῦ—ὑποταγή (31 litt); 22,4-5 χριστοῦ—πνεῦμα (36 litt) multaque confudit sed etiam addere solitus est quaecumque ei in mentem veniunt cum contextum consideraret e.g. 6,19 post κρατοῦντος add γέγονεν; 7,1 post σωτηρίας add κόσμος; 9,2 coniecit αἰτίαν sed expunxit et scripsit recte ὑποταγὴν; item 14,1 λογικὴ scr et del, deinde scr θεία; 21,7 νόμον scr et del, deinde scr λόγον. vir eruditus atque sagax satis fuit diligentiae ut fictiones suas eliminaret, sed non omnes delevit. ingenio scribae igitur non memoriae traditae tribuendum puto illud 8, 11 ὢν quod nihilominus in textum accepi.

Ad Matritensem aut Parisinum 585, quorum lacunas supra indicavi, ceteri duo reduci non possunt. neque Monacensem neque Parisinum 586 alterum alteri aut ceteris exemplari fuisse verisimile est. in utrumque librum, et Monacensem et Parisinum 586, emendationes variaeque lectiones ab una eademque manu, quam Laurenti Sifani esse H. Hörner monet, inscriptae sunt. quae lectiones in Parisinum 586 ex Monacensi devenerunt, id quod plane probatur 6,17 ubi τρόπων et 7,23 ubi πεπειρασμένος, lectiones Monacensi propriae, in Parisini margine cum nota γρ iterantur. lectiones autem in Monacensem illatae nil obstat quominus ex Parisino 586 deriventur. nec mirum. constat enim utroque codice Sifanum ad editionem latinam praeparandam usum esse, vide infra p. CXLsqq.

Indoles fontis OKrecc communis in libris recentioribus etiam magis quam in veteribus perspicitur. scribae enim saeculi XVI vetustam scribendi rationem studiose imitati sunt e.g. 4,11 ἐφανήδι ἐπιμελείας Par586; ib. 16 πολύση μονοῦσαν Mon107; 8,22 οὐ κήρνήσατο Par585. et confuderunt ν cum ρ unde litteris minusculis fontem exaratum esse apparet cf 9,20 παρόντι: πανρόντι Matr; 14,5 χωνείας ex χωρείας Par585. e lacunis autem quae in Matr et in Par585 inveniuntur concludi potest in fontis paginis binae columnae, in versibus litteras non minus quam quindecim, non plus quam duodeviginti fuisse.

Hoc modo classis primae stemma delineatur:



De classe altera

Memoriam textus recensiti duae stirpes testificantur, quarum alteram codices tredecim alteram tres tantum libri repraesentant.

De familia F Coisl Q Lips

Codices antesignani sunt

F	codex Parisinus graecus 1268 olim Fonteblandensis regius 2879 membranaceus saec. XII foll. 212v-222
Coisl	codex Parisinus Coislinianus graecus 235 membranaceus, ex parte ultima saec. circ. XIII foll. 210-219v
Q	codex Taurinensis graecus C I 11 chartaceus saec. XIV foll. 194-198
Lips	codex Lipsiensis Bibliothecae Universitatis graecus 13 chartaceus saec. XIV foll. 72v-78

qui testes quattuor satis multas lectiones communes habent cf 5, 10 ἐφ': ἀφ'; ib. 18; 6,9 ἤ: ἤ; 7,14 ἔχει: ἔχον (-ων Coisl Lips); 8,9 τέλειον: τέλος; 11,3 τοῦ: τοῦτο; 12,18 add μὴ vix recte; 13,7 γὰρ om; 15,12-13 τοῦ χριστοῦ μιμητὴν γενόμενον coll FQLips τ.χρ. μιμούμενον Coisl; ib. 15 τούτῳ: τοῦτο FQLips om Coisl; ib. 18-19 προλαμβανόντων: προσ-; 18,13; 20,4; 22,4 πνεύματος: πατρὸς; ib. 8 post ἐπειδὴ add δὲ; 23,20 et ἑνὸς om et post μόνου add τοῦ παύλου; 24,7 οὐκ αὐτοῦ: οὐχ ἑαυτοῦ; 26,14 ἂν om. recte conservaverunt 16,5 τῷ ἀγαθῷ FCoislQLips: τῶν ἀγαθῶν cett. si lectiones FCoislQLips communes recogitaveris, raro deprehendes plane depravatas. pleraeque enim sensu non carent. multum adridet 20,4 ἑνουμένους: ἡνωμένους neque 12,18 μὴ temerarie illatum est. habes in 22,4 coniecturam fortasse dogmaticam, consilio bono variatum est 23,20.

Ex mendis quibus tres vel duo testes inter se congruunt, cum pleraque sint trivialia, nil concludi potest. sed marginalia quae in F et Lips et in nonnullis codicis Q apographis extant, ad classis fontem reducenda sunt. et in 5,17 ubi pro ὑπερσχήσειν scr ὑπερισχύσιν Coisl Lips (sine -ν) vetusta fortasse lectio varia ὑπερισχύσειν deprenditur. mendis autem quae Q et Lips solis communia sunt 8,12 ἐφ': ἀφ'; 14,2 ἑαυτῇ: ἑαυτῷ; 17,18 ἢ om, cum aliquantulo graviora sint quam cetera, nescio an exemplarium QLips proprium probetur. sed primum inspiciamus testes ipsos, deinde denuo in fontes inquirendum erit.

F Primum locum tenet codex Parisinus 1268, qui post epistulam I Michaelis Cerularii CP patriarchae nec non varia variorum opera continet S. Gregorii Nysseni opera septem: Orationem catecheticam, Apologiam in Hexaemeron, tractatum In illud: Tunc subiuncto S. Maximi responso ad quaestionem XIII (PG 90, 796 A6-C1), homilias Adversus eos qui castigationes aegre ferunt, De inscriptione Psalmorum, De sexto Psalmo, epistulam De iis qui

adeunt Hierosolymam. in fine codicis loci difficiles ab Alexandro Aphrodisiensi explanati afferuntur. liber a viro docto compositus textum nostri tractatus praebet optime conservatum. librarius rarissime in orthographia peccavit, numquam fere aliquid omisit aut gravius deformavit quod non statim corrigeret velut 17,21 θεὸν om sed sscr F; 9,24 εἴτε in ras scr vid F. tres omnino locos reliquit more proprio mutatos cum indulsisset erroribus proclivibus: 4,8 ὅς: ὥς F; 24,20 γένηται: γίνεται F; 26,2 τῆς: τοῦ F. in margine manus prima scripsit adnotationes tres: ad 8,17sq ση (μείωσαι) τί λέγει περὶ τοῦ ἐν κανᾶ γάμου; ad 13,23sq, ubi de malo evanescente agitur, σή; ad 16,12sqq σή τί ἐστιν ὑποταγὴ τοῦ θεοῦ.

Coisl. 235 Codex Coislinianus ex duabus partibus compositus est: prima et amplior est saeculi XI, continet S. Basilii homilias in Hexaemeron novem et S. Gregorii Nysseni De hominis opificio capita triginta in fine mutila, altera pars, quae foliis 209-219 reliquias recentioris cuiusdam libri membranacei conservat, continet et fragmentum et finem Gregorii Apologiae in Hexaemeron, deinde tractatum In illud: Tunc. quam alteram partem, ut est nitide scripta atque pulchre ornata, Robertus Devreesse, vir peritissimus, saeculo XIII-XIV tribuit, nos non multo recentiorem quam Parisinum 1268 esse putamus. ultimis in foliis humiditate confectus Coislinianus difficilis est lectu. in margine folii 219 laterali manus altera pinxit ˙|˙ βελήκομου (sic), utrum codicis possessorem indicare voluerit an alia ratione usa sit non liquet. scriba Coisliniani textum persaepe depravavit cum verba singula aut omnino omitteret aut mendosa redderet partim itacismo deceptus partim alio modo. προσ- cum προ-, -ειν cum -εις confudit passim. gravius pessumdedit e.g. 3,13 εἰκὸς: ἐκεῖνος; 4,8 συμβάλλεσθαι: συλλαβέσθαι; 15,16 καθὼς: καθαρὸς; 16,1 προέχοντας: προστρέχοντας; 22,10 ἀνακράσεως: ἀνακρατήσεως et similia similiter. vocibus propinquis inhaerens multorum verborum formas depravavit velut pro 5,13-14 τῶν κεκρατηκότων δυναστείᾳ κεχειρωμένων scribens τῶν κεκρατηκότων δυναστειῶν κεχειρωμένων et similia passim, duo verba in unum conflavit 11,8 ἤδη ὄν: ἴδιον; 15,12 (vide p. XIX); 22,23 δυνατὸν ἄλλως: δυνατῶς; al. neque spiritus neque accentus bene observavit.

Vestigia exemplaris in iis quae ad orthographiam pertinent haud facile reperiuntur. scriptura continua hic illic male resoluta est e.g. 10,10 μύθων ᾠήθησαν: μύθω νοήθησαν. vetustior minuscularum litterarum forma nescio an probetur 25,23 ἀμυντική: ἀμβυτική. ubi complura verba propter homoeoteleuton neglecta sunt, enumeras

viginti sex litteras ter 17,17-19 (om ἐστι—πᾶσι, sed in marg adscr) semel 26,19 (pro λέγει—καταργηθήσεσθαι spat circ quattuor litt in Coisl obrutum), desunt duodequadraginta litterae 22,18-19 (om οὐ—ἐσμεν), una et septuaginta 17,10-12 (ut SZΠ). sunt tamen loci certi quibus exemplarium Coisliniani proprium quod cura maiore erat constitutum clare elucet. confer lectiones variatas 5,17 (supra p. XIX cit); 10,3 πόρρω: πόρρωθεν; 15,15 pro δὲ scr δὴ et om τούτῳ; 19,7 ὁ ante χριστὸς om sicut nonnulli s. Scripturae codices; ib. 22-23 συμβιβάζων: συναρμόζων; 20,1 τὸ σῶμα: τὴν φύσιν; ib. 13 post ἐξομολογήσεται add σοι, fort in exemplari supra -σε- legerat -ση-; 21,16 καθὼς: καθᾶ; 22,3 ἑνότητι: ἑνώσει; 23,22-23 φησὶ—Παῦλος om quoniam nomen Pauli in fonte familiae iam insertus erat (vide p. XIX); 24,1 ἐμοὶ: ἡμῖν; 25,3 add εἰ ante μὴ; al. quod Coisl solus recte praebet 18,4 τοῦτο Coisl: τούτω cett et 28,22 ἡμῶν Coisl: ὑμῶν cett, utrum rationi verae an casui potius debeatur non diiudicem. hoc autem constat textum in manibus doctioris cuiusdam librarii fuisse priusquam ad Coisl descenderet.

Q Codex Taurinensis in hac editione bene notus est haud minime idcirco quod aetate concilii Tridentini progeniem crebram ex se pullulavit. codex Q continet S. Gregorii opera et eadem quae codici F insunt et alia permulta. de serie vide infra p. XXV. haud multum Q ab F differt si opuscula respicis quae circum tractatum nostrum in utroque libro collecta sunt. et inveniuntur non quidem in Q cuius margo recentiore quodam tempore resectus est sed in nonnullis apographis eadem marginalia ad 8,17sq et 16,12sqq spectantia quae in F leguntur. Q recte praebet 17,20 μηδὲν Q: μηδὲ FCoisl Lips, cum externis testibus non congruit in falsis nisi fortuito (22,20 et 23,3). proprias lectiones intulit multas, ut ex omni fere apparatus pagina apparet. omisit propter homoeoteleuton litteras viginti vel sex (11,11-12) vel septem (17,1-2) vel quattuor (21,23). ingenio cuidam debentur loci variati 9,8 γίνεται: γενήσεται; 17,6 add πᾶσαν ante ἐξουσίαν sec s. Script; 18,17 μετουσίας: μετανοίας coniectura manifesta, et fortasse 20,13 ubi καὶ καταχθονίων om. cetera omnia neglegenter corrupta sunt.

Lips. 13 Codex Lipsiensis post S. Gregorii Nysseni De anima et resurrectione librum et Contra fatum libellum continet opera De inscriptione Psalmorum, De sexto Psalmo, In illud: Tunc, Contra usurarios, Adversus eos qui castigationes aegre ferunt, Apologiam in Hexaemeron. confer codicem F, maxime autem codicem Q. sequuntur in Lips opera Michaelis Pselli aliorumque. librum ex imaginibus foli-

orum 72v-77 usque ad p. 25,24 ὄντος cognovi. librario qui textum minutis litteris crebrisque compendiis exaravit eruditio quidem non defuit sed defuerunt cura atque diligentia. in grammaticis praeterquam quod itacismo indulget raro peccat, immo vocalem ante vocalem elidere solet ne hiaret oratio. pauca plane corrumpit velut 4,3 ἀμαυροῦντες: ἀμαῦροτω (ut vid) et 18,14-15 τὸ ἑνωθῆναι: τονωθῆναι; nonnulla recte praebet contra cognatos suos: 12,3 φορέσομεν; 16,14 γενώμεθα; 20,13 ἐξομολογήσηται; 22,12 οὐδὲν. sed saepe neglexit verborum compositionem vel sensum cum scriberet e.g. 4,18 ἕτερον: ἑτέραν; 6,24 ἀνδραπόδων ... δεδουλωμένος: -δας ... -μένους; 7,11 γενέσθαι δυνάμενον: γενόμενον; 9,6 ἀλλοιώσεως: ἀναλλ-; 15,11 καταλύσαντα: -σαντος; ib. 15 ὑπόθεσιν: ὑπόστασιν; 17,20 οὐ: εἰ; 18,22 ἀνακεκραμένου: ἀνακειμένου. omisit eadem neglegentia perductus verba et singula velut 13,4 πίστει (sed om consulto 14,13 φύσις) et complura: 9,21 τὸ—ταῦτα (14 litt); 11,9-10 ἐλθεῖν δείξας τοί (15 litt); 22,7 ἀπ'—σοὶ (14 litt); 22,23-23,1 ἄλλως—πάντων (52 litt). omisit 17,10-12 ὅταν—πάντα homoeoteleuto deceptus sed ipse in margine supplevit. sed plura cum studio seu mutavit seu omisit. in his nonnumquam prima mutationis causa error potius quam consilium fuisse videtur e.g. 6,20 pro οὔτε ὡς scr ὥστ' et om 22 ἔχει; 18,7 βρῶσιν: βιῶσιν (sic) et 8 βρωθῆναι: βιωθῆναι; ib. 13 ὁ ... γενόμενος: ἡ ... γινομένη; ib. 18 γινόμεθα: γενώμεθα. huc nescio an pertineant 5,17 (vide p. XIX); 7,15 φήσουσιν: ἔχουσιν ἢ φήσουσιν; 11,7 δημιουργημάτων: διηγημάτων καὶ δημιουργημάτων, quibus de locis vide infra. ex aliis ingenium censoris manifeste apparet, maxime autem in extrema libelli parte ubi crescente impatientia locos verbosiores decurtavit. ut evidentissima tantum proferam cf 16,23 μεγάλου Παύλου: ἀποστόλου; ib. 25 τοῦ ἀποστόλου τὰ ῥήματα: τὰ τοῦ παύλου ῥήματα; 19,3-4 πρὸς τὴν Κορινθίων ἐκκλησίαν: πρὸς κορινθίους; ib. 5-6 σαφέστερον δὲ τοῖς 'Εφεσίοις τὸ περὶ τούτου παρατίθεται δόγμα δι' ὧν φησι: καὶ πάλιν ἐφεσίοις γράφει; 22,17-18 ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἐφεξῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ προσκείμενα ἵνα ὦσιν ἓν: καὶ ἵν' ὦσι φησὶν ἕν; 23,22-23 φησὶ γάρ που τῶν ἑαυτοῦ λόγων ὁ Παῦλος: λέγει δὲ παῦλος; 25,12 μεγάλου om. cum neglegentiam ex impatientia oriri posse constet, uni librario, qui librum in usum non ecclesiasticum sed privatum praeparavit, hanc totam memoriae transformationem tribuo. exemplar quo ille usus est binis columnis exaratum fuisse lacunae quas supra enumeravi indicare videntur. cui exemplari fortasse inerant variae lectiones ut 5,17; 7,15; 11,7 supra citatae, quas librarius codicis Lipsiensis accipere quam seligere maluit. de scriptura exemplaris

non liquet. ex margine exemplaris Lips accepit adnotationes adhibitas ad 8,19-20; 13,21; 16,9.

Codicibus singulis inspectis quid de ratione quae inter eos intercedat? cognovimus doctum fuisse illum a quo Coisl textum recepit, non ex omni parte indoctum auctorem Q, librarium Lipsiensis virum eruditum. unusquisque illa menda tria quibus solis F laborat facile potuit eliminare. codex F igitur pater recentiorum fuit? id verisimillimum est. etsi codicibus Q et Lips ex mendis communibus p. XIX citatis et ex ordine opusculorum simili exemplar proprium fingas, valebit haec sententia. at contra nulla corruptela recentiorum ex indole codicis F plane intellegitur. neque numeri litterarum quae in recentioribus desiderantur cum codice F congruunt. huic enim versus unusquisque ex litteris circiter quadraginta septem constat, lacunae illorum ad exemplaria quae binis columnis fuerant exarata reducendae videntur. utcumque res se habet hoc quidem constat codicem F recentioribus longe praecellere. itaque opus non est recentiores qua sunt licentia omnes in apparatum criticum accipi. unus admittatur codex Q, pater tot filiorum. qua de progenie addo pauca.

De codicis Q progenie

Ecce codices decem, quorum unusquisque est chartaceus saeculo XVI exaratus:

Matr 3179	codex Matritensis gr. 3179 olim Regii Palatii 13 nunc Salamanticensis Bibl. Univ. 2728 foll. 264-276
Par 588	codex Parisinus gr. 588 foll. 71-83
Inst Franc	codex Parisinus gr. 'Institut de France' 2 foll. 95v-109
Par 1003	codex Parisinus gr. 1003 foll. 230v-262v
Ott 443	codex Ottobonianus gr. 443 foll. 235-248v
Bas	codex Basileensis gr. A III 8 foll. 17-27v
Ambros I 16 inf	codex Ambrosianus gr. I 16 inf foll. 94v-106
Vall	codex Vallicellianus gr. D 56 foll. 71v-82v
Can	codex Bodleianus Canonicianus gr. 104 foll. 81v-92v
Ott 119	codex Ottobonianus gr. 119 foll. 238-248v

quos omnes ex codice Taurinensi dependere certissimis testimoniis probabitur. primum omnes codicis Q lectiones peculiares in libris recentioribus reperiuntur neque extat cum aliis testibus conspiratio. etiam menda recentiorum propria ex ipsa codicis Q forma consequuntur. deinde marginalia illa quae supra p. XXI commemoravi,

extant in marginibus codicum Matr, Ott443, Ott119, in textum recepta sunt a scribis codicum Vall et Can. et numeri nota κθ tractatus noster ut in Q ita in Matr Vall Can distinguitur. postremum Gregorii operum seriem quam Q servat, recentiores quoad patent similem conservant. conspectum infra proferam simul ut ea quae editores adhuc obscura reliquerunt dispellantur. quo e conspectu apparet saeculo XVI theologis placuisse duos Gregorii operum delectus habere. alii quam plurima collegerunt, alii easdem fere partes quae iam saeculo XII, in codice F scilicet, compositae erant.

Pergamus ad rationem quae inter libros intercedit. codices Matr Ott443 Par1003 Par588 InstFranc haec menda praecipue communia habent: omissa sunt vocabula minora 4,1 δὲ; 5,6 δὲ; 6,3 τῷ; 7,8 ἤ; 11,3 ἂν; 12,7 τοῖς; ib. 13 ἐστίν; ib. 16 καὶ; 17,4 ἐν τῇ; ib. 19 εἰ; 21,17 τὸν, omissa sunt complura 8,16-17 ἡλικίᾳ—τῆς; 9,3-4 (ὑπο)ταγὴ—γὰρ τῆς; 17,5-6 ἀρχὴν καὶ, depravata sunt 4,8 ὅτι: ὅτε; 6,16 ὅτι: τὸ; 17,3 ἔπειτα οἱ: ἐπεὶτοι; 28,1 ἐστι: ἐπὶ; ib. 12-13 μεγάλης τοῦ: τοῦ μεγάλου. haec omnia peccata esse videntur unius librarii qui festinanter pensum suum absolvit. cui viro codex Q ante oculos fuisse ex erroribus 6,16; 17,3; 28,1 elucet ubi scriptura in Q difficilis est discretu, maxime autem ex 8,16-17 ubi scriba ex versu undevicesimo ad versum vicesimum folii 195 codicis Q aberravit et ex 9,3-4 ubi versum duodetricesimum eiusdem exemplaris folii totum neglexit.

Ex hoc codicis Q apographo nunc deperdito codices et Matr et
Par1003 et Ott443 textum receperunt. neque alium ex alio depen-
Par. dere putandum est. nam Par1003 corrupit seu variavit e.g. 15,11
1003 ἀρχὴν: αὐτὴν; 20,14 ἰησοῦς om; 21,14 πληροῖ: ποιεῖ; 24,10 λέγεται:
φθέγγεται et 27,24-25 πρὸς—πατρὶ omisit. ex Par1003 igitur ceteri
Matr. textum non sumpserunt. in Matritensi praeter menda 19,6 παρα-
3179 τίθε; 21,7 ἀπολικὸν; ib. 15 μετείαν; 22,4 χριστοῦ om; 23,18 ὑποταγὴ:
ὑποταγὴν; 24,13 ἡ pr om, permulta verba itacismo depravata sunt.
Ott. neque facile fingas librarium saeculi XVI qui talia in exemplari suo
443 statim cognoscere et in describendo vitare potuerit. Ott443 rarissi-
me peccavit cf 11,14 ἀναγκαίως: ἀναγκαίων; 15,20 κακοῦ: κατὰ; 20,9
οἰκειοῦται: οἰκειοῦ τα (sic). sed noli suspicari Ottobonianum qui
praeter tractatum nostrum aliud Gregorii opus non continet, ceteris
quibus tot opera insunt et ea secundum codicis Q ordinem disposita
exemplari fuisse. quod duo scribae similiter peccant velut 4,10
ἐκφαινούσης Par1003 Ott443; 8,14 εἶπόν Matr εἰπόν Par1003; 18,6-7
μεταβαινομένου Matr μεταβαλλομένου Ott443, aut casu aut scriptura
exemplaris ambigua evenit.

Q	Ott 119	Matr 3179	Par 588	Inst Franc	Par 1003	Ott 443	Bas	Ambr	Vall	Can
Eccl		↓							↓	
HomOp										
ApHex	=	=							↓	
OrCat	=	=	=	=						
Virg										
LucSRes	↓									
Theophil	↓									
Ordin	↓									
TridSpat	↓									
aliae										
homiliae	↓									
duodecim										
VitMoys	=	=							↓	
Perf	=	=	=							
Prof	=	=								
InscrPs	=	=			=			=	=	=
VIPsalm	=	=			=			=	=	=
Tunc	=	=	=	=	=	=	=	=	=	=
Castig	=	=	=	=	=		=	=	=	=
Ep II	=	=			=		=	=	=	=
Beat		=					=	=	=	=
Eunom										
OrDom		=							↓	
DeitFil									↓	
		Eccl							Eccl	
									VitMoys	
									OrDom	
									DeitFil	
									ApHex	
	LucSRes									
	Theophil									
	Ordin									
	TridSpat									
	quattuor									
	ex									
	homiliis XII									
	selectae									
Theodor										
Jeiun										
Eunfrg										
			Cant							

de opusculis quae nunc primum et ultimum codici Q insunt, Fatum Infant, hic non agitur. homiliae de Beat utrum integrae an mutilae in codd extent compertum non habeo.

Ex Matritensi Andreas Darmarius textum ad verbum, immo ad litteram descripsit in duos libros Par588 et InstFranc. permultas corruptelas minores quas ille ex Matritensi accepit correctores post- **Par. 588** eriores ex utroque apographo eliminaverunt. in Parisino 588 exarando Darmarius totos Matritensis versus nunc omisit: 14,14-15 ἁμαρτίαν—οὐδὲ (vers 4 fol 269v Matr); 20,9 πρὸς—οἰκειοῦται (vers **Inst. Franc.** 16 fol 272 Matr), nunc iteravit: 14,6 γένηται—οἷον (vers 22 fol 269 Matr); 23,4-5 ἐν αὐτοῖς—μόνον (cf vers 4 et 5 fol 273v Matr). codicem autem InstFranc expromens Darmarius omisit 8,5-6 τοῖς—νεότητι ex superiore versu ad eundem inferioris locum aberrans (cf vers 4-5 fol 266v Matr) sed adscripsit in margine, simili fere modo neglexit 22,7-8 τὸν κόσμον—πρὸ τοῦ (cf vers 9-10 fol 273 Matr), post 19,4 χριστοῦ continuavit κοριν ex inferiore versu ad superiorem reversus (cf vers 11 et 10 fol 272 Matr), haud item liquet de ratione qua iteravit 12,12 εἰ—ἐγήγερται et 24,3-5 γινόμενον—παύλου. vocabula minora omisit in codice InstFranc tria 9,24 τὸ; 12,15 τὸ; 19,15 δι'. codicem InstFranc correctum Gentiano Herveto cum textum Latine vertit exemplari fuisse infra p. XXXVI demonstrabo.

Quod ad librarios attinet constat et Matritensem et Par1003 et Par588 et InstFranc ex officina Andreae Darmarii prodisse. de Parisino 588 et de codice InstFranc ab Darmario ipso exaratis nemo est qui dubitet. de ceteris viri docti inter se dissentiunt utrum Darmario an eius discipulis tribuendi sint. nos in Parisini 1003 foliis quae inspeximus manum Darmarii non recognovimus. et ratio errorum dissuadet Darmarium auctorem habere. Matritensis quoque cuius folia nobis nota stilo rigidiore exarata sunt a manu Darmarii discrepare videtur.

Ex codice igitur Q textum recepit fons, quem supra enarravi, receperunt praeterea codices Bas Vall Ott119 recta via unusquisque. **Bas.** pauca menda propria in singulis inveniuntur sed desunt in Bas 20,16-17 αὐτῷ—εἰς (i.e. versus antepaenultimus folii 196v Q) et **Vall.** 27,14-16 χριστοῦ—ὑπὲρ (cf versus 6-7 folii 198 Q); desunt in Vall 17,9-10 ὑπέταξεν—ὅταν (cf versus 44-45 folii 196 Q); 18,5-7 ζωῇ—μεταλαμβανομένου (versus 6 folii 196v Q); 22,23-23,1 οὐ γὰρ—ἔν ἐσμεν (cf versus 33-34 folii 197 Q); 25,23-26,1 (ἐρι)θείας—ἔρι(θος) **Ott. 119** (cf versus 31-32 folii 197v Q). in Ott119 confusa sunt 4,21-5,1 πάντα—ἡμῶν hoc modo: πάντα ὑπέταξας λαοὺς ἡμῖν καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν περὶ τῶν διὰ πολέμου κεχειρωμένων φησὶ τοῦτο · πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ scil inter versum 13 et 15 folii 194

(codicis Q) oculos scribae Ott119 prorsus retrove vagatos; desunt 6,4-6 κἂν—δυνάμενοι (cf versus 30-31 folii 194 Q). cetera enumerare supersedeo.

Ambr. I 16 inf Apographon codicis Bas codicem Ambrosianum esse eo probatur quod eadem verba, quae ex folio Basileensis duodecimo lacerato exciderunt, in textu Ambrosiano desiderantur. neque Ambr a Basileensi alias discrepat nisi mendis propriis. quod ante tractatum nostrum Ambrosianus continet libros duos in Psalmos, Bas autem folia quindecim vacua (nuper addita), suspicor ipsi quoque Basileensi hos libros duos olim infuisse. quam opinionem inscriptio in Bas confirmat cuius verba τοῦ αὐτοῦ manus recentior erasit ut Γρηγορίου νύσσης suprascriberet. qua de re Martinus Steinmann, bibliothecae Universitatis Basileensis conservator doctus, beniginter nos certiores fecit. titulum in Ambrosiano inscribere rubricator omnino supersederat.

Can. Apographon codicis Vallicelliani est codex Canonicianus, cuius menda ex indole Vallicelliani intelleguntur e.g. 17,11-12 τότε—πάντα pr om Can scil versum 23 folii 77v Vall; 24,5-6 λαλεῖσθαι—χριστοῦ om Can scil versus 17-18 folii 81v Vall.

Hanc cognationis rationem, qua progenies codicis Q continetur, Martinus Henniges vir doctus, qua est sagacitate, nobis diligenter explicavit. idem stemma delineavit:



De codice S eiusque asseclis

Alteram alterius classis memoriam tradiderunt

S codex Vaticanus graecus 1907 chartaceus saec. XII fol. 301r-v

Z	codex Vaticanus graecus 1433 membranaceus saec. XIII foll. 374-380v
Π	codex Athous monasterii Vatopedi 128 membranaceus saec. XIV foll. 365-373v
exc Voss	codex Leidensis Vossianus graecus Q 54 chartaceus saec. XV-XVI fol. 106r-v

S sed non omnes tractatum integrum conservaverunt. extat in S media tantum pars inde ab 7,17 τοῦ pr usque ad 21,9 τῷ θεῷ [καὶ πατρὶ]. et ante et post folium quod nunc 301 numeratur unum folium nunc deest. in codice S olim integro cuius ordinem Paulus Canart, scriptor Bibliothecae Vaticanae doctissimus, restituit, tractatui nostro praecesserat Gregorii oratio funebris In Flacillam, subsecuta erant Testimonia adversus Iudaeos spuria. in codice Z, apographo codicis S utilissimo, cuius post folium 380 duo, ut opinor, quaterniones exciderunt, textus inde ab 28,4 τοῦ θεοῦ desideratur. sed Vatopedianus, alter codici S cognatissimus liber, qui pulcherrime in usum imperatoris Ioannis Kantakuzeni scriptus est, tractatum nostrum ab initio usque ad finem conservat. in apparatu igitur critico ubi S deficit apographon Z substitui, ubi Z desinit Vatopedianum accivi.

S Z Π Memoria huius stirpis hic mendis illic coniecturis ita affecta est ut textus gravius quam in familia FCoislQLips laboret. (ubi codices non nominatim citavero, vide S aut Z in apparatu, subaudi Z et Π.) verba singula neglecta sunt 5,19; 9,5; 10,18; 12,15; 13,6; 15,18; 21,8; 25,11; 27,17; ib. 23. complura homoeoteleuti causa sunt omissa 7,2-4 (75 litt); 17,7-9 (65 litt); ib. 10-12 (71 litt, desunt etiam in Coisl); 24,8-9 (25 litt). unde nescio an exemplar binis columnis exaratum eluceat. lapsu quodam mentis vel calami deformata sunt: 5,4 psalmum non primum et sexagesimum sed ξγ̅ laudat Z ἑξηκοστῷ τρίτῳ Π; ib. 10; 6,10; 11,19 ἐπιγενομένων KFCoislQLips et Π (e coniectura) ἐπιγεννωμένων SZ; 15,18 ὑφέσεως: ἐφέσεως SZΠ, an mendum ex confusione minuscularum litterarum ortum? 16,9; 17,1; 18,15; 19,1 ἀναπληρῶ SZΠ contra s. Script. sed studio consilioque variata videntur hi loci: 3,8-9 αἰσχρᾶς vel αἱρετικῆς om ZΠ et pro τὴν οἰκείαν ... τῆς ἀληθείας αὐγὴν scr τὴν οἰκειοτάτην ... αὐγὴν τῆς ἀληθείας ZΠ, scil post illud verbum in exemplari remotiore omissum doctus quidam locum mutavit; 5,18; 6,7; ib. 19 κατὰ om Z (sscr Z^2) Π sed cf De vita Moys VII 2 p. 34,5; 9, 24 ante οὔτε pr add καὶ SZ nil add Π (scil om sua sponte); 11,13-14; 12,1 post

δεύτερος add ἄνθρωπος ὁ κύριος SZΠ secundum lectionem nonnull codd Novi Testamenti notabilem; 14,11; ib. 17; 17,9 sec s. Script; ib. 14 ἐν πᾶσι: ἑκάστῳ SZ (ἐν sscr man rec) Π fort ex margine exemplaris huc irreptum; ib. 18; 18,19 ἔλθῃ recte Π (e coniectura): ἔλθοι SZ; 19,3 contra s. Script. et cf eos locos ubi ordo verborum haud inepte mutatus est: 6,8; ib. 12-13; 8,25 sec s. Script; 13,2-3; 16,3; 23,15. soli recte SZΠ praebent 10,9 περὶ quod in ceteris desideratur. ad 3,8-9 et 17,14 ubi exemplar huius stirpis remotius elucere videtur adde 7,22 ubi ἀληθινὸν om in textu SZΠ, praebet in margine prima manus codicis Z (margo codicis S valde detritus est). inter fontem igitur totius classis et stirpem SZΠ si non complura tamen unum exemplar proprium intercedit.

Z De codice Z pauca liceat addi. nemo est qui dubitet codicem Z ex codice S descriptum esse. scriba Z fidelis non multa depravavit sed aliquot verba omisit a codicis S versu superiore ad inferiorem aberrans 16,2-4 ποιούσης—ἐξαφανίζουσα; 20,16-19 πρὸς—σώματος, neque aliter omisisse eum puto 26,22-27,2 quae verba in Vatopediano leguntur. illud 7,22 ἀληθινὸν quod in margine Z ipse adhibuit, ex margine codicis S devenisse pro certo habeo. corrector Z^2 fortasse sua sponte restituit 5,3 ὦ Z^2: ὡς ZΠ; 6,19 κατὰ sscr Z^2 om ZΠ; ib. 20 ἕν τι Z^2: ἐν τῇ ZΠ; 7,24 ἡλικιῶν SZ^{2}Π: ἡλικῶν Z; 23,2 χωρισθέντες Z^{2}Π: χωρισθέντας Z. manus recentior ad 27,19 in margine scripsit τὸ δὲ δεῖ γὰρ alterius ut opinor classis memoria docta.

Π Ipse quoque Vatopedianus quamquam propria intulit, tamen cum codice S tantopere congruit, ut apographon esse videatur. nam cum aliis testibus in falsis non conspirat. praebet autem recte contra SZ praeter 9,24; 11,19; 18,19 supra citata 10,2-3 τινὰ σκοπὸν; 15,12 εὑρεθείη, sed correcturas huiusmodi vir sagax sua sponte facile potuit inferre. praebet recte contra Z ubi S deficit 3,7 γινομένης; 4,5 δοκοῦν; 5,6-7 προφερόμενον; 24,16 ἀγαθῶν (ω ex ο corr); 25,5 εἴ τι; ib. 18 ταῦτα; 26, 9 μηδὲν; ib. 15 ἡ; ib. 22 οἱ pr; 26,22-27.2 τοῦ—ἐχθροὶ; 27,12 παντελὲς. quibus locis non solum ingenium scribae Vatopediani sed etiam neglegentiam scribae Z respicere debes.

In ceteris Π ab SZ non discrepat nisi propriis lectionibus velut 5,17 προσγένηται: προσγένοιτο Π; ib. 17 ἐλπίδα τοῦ: ἐλπίδος τὸ Π; ib. 19 κρατήσασιν: κεκρατηκόσιν Π; 7,2 θεὸν: υἱὸν et ib. 17 θεοῦ: υἱοῦ Π; ib. 6-7 ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν coll Π; 8,1 βρεφικὴν: παιδικὴν Π; ib. 18 ἐξουσίαν τῆς μητρὸς coll Π; 9,24 τοῦ ante θεοῦ om Π; 10,1-2 ὑποταγήσεσθαι ... τὸν υἱὸν ... ὑποτετάχθαι: ὑποταγήσεται ... ὁ υἱὸς ... ὑποτέτακται Π; 12,7 συμποδίσας: ἐμποδίσας Π; 18,10-11 τῇ ἀγαθῇ ...

μοίρᾳ: τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ... μοίρα Π; et 21,19 et 22,20 γὰρ: δὲ Π; 23,9 φανερώτερον: φανερωτέραν Π; 28,4 ὑποπόδιον: ὑπὸ πόδας Π. et confer 28,11 et 16 in apparatu laudata. cum omnia unius eiusdemque grammatici studium referant, non habemus cur textum per complura exemplaria gradatim mutatum ad Vatopedianum pervenisse fingamus.

Quid igitur obstat quin Vatopedianum codicis S apographon alterum habeamus? Desunt talia testimonia qualia in Z reperimus quibus Π ex S dependere clare demonstretur. neque ordinem operum eundem quem S et Z praebent codex Π conservat. continet enim tractatum nostrum inter orationes Contra usurarios et De eis qui baptismum differunt insertum. quae cum ita sint si tamen Vatopedianum apographon codicis S existimes, sequitur codicem S usque ad saeculum XIV in oriente vel etiam ipsa Constantinopoli extitisse neque codicem Z alibi atque in oriente ortum esse.

exc. Voss. Ex cognato quodam codicis S fragmentum textus in codicem Leidensem Vossianum graecum Q 54 saec XV-XVI devenit. huic libro insunt excerpta ex aliorum Patrum operibus permulta et ex octo Gregorii operibus, genuinis et suppositiciis, quae omnia K. A. de Meyier maxima cum diligentia percensuit. eadem Gregorii opera in codice S reperiuntur ubi tamen et ordo differt et alia multa intermissa sunt. (neque in Z neque in Π haec octo opera omnia extant quoniam Z in fine deficit et Π pauciora complectitur.) fragmentum ex libello In illud: Tunc inde ab p. 21,23 τὴν δόξαν usque ad p. 22,16 σοί excerptum in folio 106r-v codicis Voss legitur. cum codicibus Z et Π, qui pro S deficiente substituendi sunt, semper consentit his locis exceptis: 21,23 δέδωκας: ἔδωκας Voss; 22,1 γὰρ om Voss; 8 τοῦ pr om Voss (ut Migneus); ib. post ἐπειδὴ add δὲ Voss (et FCoislQLips) et erravit cum scriberet 22,1 ἐνταῦτα; 9 τῶν bis; 15 εἰνωθῶσι. id potissimum quod 22,8 Voss cum F Coisl Q Lips conspirare videtur obstat quominus hanc particulam ex ipso codice S excerptam esse putemus. codicem Voss in usum huius editionis primus arcessivit Ioannes Ioachim Oesterle, benigniter pro nobis contulit J. C. M. van Winden.

exc. Vind. Liceat in fine mihi subiungere excerptum Vindobonense quod infra in praefatione libelli Contra fatum p. LXXII enarrabitur. particula illa ex p. 4,1-8 decurtata quae in Vindobonensis codicis folio 3v legitur originem fortasse ex prima classe duxit. nam 4,5 πρὸς τὸ δοκοῦν recte ut testes primae classis ita exc Vind praebet. sed cum πρὸς τὸ δοκοῦν etiam in codice Π reperiatur, omnino nihil pro certo dici potest.

testibus alterius classis recensitis hoc stemma proferatur



De codice archetypo et de inscriptione genuina

Textus memoriam priusquam in classes familiasque distributa corruptelis vel variationibus affecta est, aetate Photii, ut opinor, uno exemplari conservatam viri Byzantini recuperaverunt. quo exemplari recuperato textum e litteris maiusculis in minusculas magna cum cura transcripserunt aut transcriptum emendaverunt. desunt enim errores qui e vetusta scribendi ratione male intellecta oriri solebant non solum in altera codicum classe quae est recensita sed etiam in prima quae est integrior, unde apparet codicum archetypum, fontem sive primae sive utriusque classis proximum, e manibus doctorum virorum provenisse.

Nihilominus eo tempore aliquot menda aut remanserunt aut in textum irrepserunt. (quae cum enumerem respiciam omnes libros manuscriptos, sed apographa non laudabo nisi ab exemplaribus dissentiunt aut recta praebent. quod libri singuli a communi consensu discrepantes vera pro falsis praebent, id coniectura non memoria evenisse arbitror. de ratione corrumpendi seu emendandi consulas quaeso et ea quae in apparatu critico explicavi. lectiones archetypi formulis crassioribus excuduntur.)

In codice archetypo imprimis defuerunt vocabula minora et ea saepius haplographia **omissa:** 3,13 **τοῦ** ante τοιούτου (recte Matr4864 Vall Can); 7,12 **γὰρ** (vel potius γοῦν); ib. 22 **υἱοῦ** post ἀληθινοῦ; 8,11 **ὢν** ante ἐν (recte Matr4864); 10,5 **ἐν** post τῶν; 11,2 τῇ; 12,20 **ἓν** (subaudivit Sifanus cum redderet 'nec in aliquo quidem plane fieri poterit'); 19,9 **τῆς** post ἀφῆς (scil ἀφῆς τῆς recte Migneus ἀφ' ἧς τῆς ed. 1615 Urb ed. 1638: ἀφῆς KPX Mon107 Par 586 ἀφῆς O Vat445 Par585 Matr4864 om cett); 26,1 **(ἐκ)τὸς** ante τῆς (scil ἐκτὸς τῆς γραφῆς restitui: ἐκ τῆς γραφῆς OKPXrecc om cett 1-2 ἐκ—τῷ om Par588); ib. 4 **τὰς** post ἐτυμολογίας (scil τὰς ἐτυμολογίας τὰς ψυχὰς recte XO^{2}K^2: τὰς ἐτυμ. ψυχρὰς OKrecc τὰς ψυχρὰς ἑτοιμ. P τὰς ἐτυμολογίας ΖΠF (ἑτοιμ.) Q (ἑτοιμ.) τῆς ἐτυμολογίας Coisl)

dittographia causa corruptionis fuisse videtur

22,9 ubi **δὲ** post ἔδει habent codd quod seclusi

itacismo seu alio lapsu depravata sunt

6,18 οὔτε Hörner: **οὐδὲ** codd (ex οὐδεν InstFranc, γὰρ om Matr4864)

ib. 20 ἔν τι recte O^{2}Z^2 Vat445 cuius scriba ni fallor correxit P: ἐν τῆι KP qui iota litt adscribere solebant ἐν τῇ Lips Par588 Par1003 **ἐν τῇ** cett

12,10 κατεσκεύασε restitui: **κατασκευάσας** codd

13,19 παραθήσω restitui: **προθήσω** OKrecc Coisl ed. 1615 προσθήσω cett

18,4 τοῦτο recte Coisl fortuito scilicet quoniam sescenties itacismo indulget: τοῦτο sed in τούτω mut Vall τούτο sic -ο in -ω mut in scribendo O -ο ex -ω m^2 in Par588 τοῦτω Par1003 Can τούτωι KP ut solent τούτῳ Lips Ott443 AmbrI16i **τούτω** cett (τούτω τῶ λόγω coll Matr4864)

20,13 ἐξομολογήσηται K^{2}X Lips SZΠ: **ἐξομολογήσεται** cett (om multa Ott119)

24,22 αὐτοῖς Jaeger ἑαυτοῖς F Coisl Q Lips ZΠ ἑαὐτοῖς Par588 αὐτοῖς cett de X non liquet
26,12 οὔτε Hörner: οὐδὲ codd
28,21 διά του Jaeger: διὰ τοῦ codd
ib. 22 ἡμῶν recte Coisl fortuito et Matr3179 cum fratribus et filiis suis edd: ὑμῶν cett (Lips non inspexi)

detrimenta graviora pauca sunt cf
10,20 δείκνυσιν vel simile quid excidisse putavit Jaeger scil scribam concinnitatem membrorum non comprehendisse
11,4 aut ante ἡμᾶς aliquid excidisse puto (vide app) aut pro ἡμᾶς legendum esse ἡμῖν. non multum temptaverunt codicum librarii cf pro 3 τοῦ scr τοῦτο F Coisl Q Lips 4 ἡμᾶς om X et F Coisl Q Lips SZΠ crucem super ἡμᾶς scr et in marg ext adscr [ἡ]μῖν Sifanus in codice Par586 et vertit in ed. 1562 'quorum unumquodque cum divina virtute factum sit, demonstrat nobis, quod nec in tempore resurrectionis corporum nostrorum penuria Deus laboraturus sit'. ἡμᾶς asterisco signav ed. 1638 Migneus
11,4.7-8 aut εἰ ex ἐπεὶ vel ἐπειδὴ corruptum aut εἶναι κατασκευάζει τὸ ex ἔσται κατασκεδασθέντι vel ex similibus depravatum esse puto. alterum enim cum altero non congruit. quamquam verbum κατασκευάζειν ab argumentatione alienum non est cf 11,20 et 12,10. codices omnes in 4 legunt εἰ sed vacillant in 8: κατασκευάζει KPXrecc (κατεσκ. Matr4864) -ζη O -ζειν edd, om 7-8 εἶναι κατασκευάζει F Coisl Q Lips SZΠ. 8 de notione τὸ ἤδη ὂν quam habent OKX Lips FSΠ Vat445 Ott443 (ex corr) dubitavit Jaeger: τὸ ἴδιον Coisl τὸ ἤδιον ὂν Z (et pro 8 ἴδιον : ἤδιον Z) τὸ ἴδιον ὂν Z^2 τὸ ἤδη ὂν P (ὂν in ὂν corr ipse) Q
18,1 ἐν πᾶσι deesse putavit Jaeger, idem sensit Sifanus cum verteret 'omnia autem in rebus (universis) Deum fieri' sic cum uncinis, cf I Cor 15,28

vestigia correctionis in archetypo haec elucere videntur
5,13 τῶν μὲν P X Mon107 Par585 Par586 in ras scr ipse O restituit litt superscribens K^2, ed. 1638 et Migneus μὲν τῶν cett τῷ μὲν inepte ed. 1615
25,20 ὁμειρόμενοι OK Mon107 Par585 (ὁ-) Par586 (crux super ὁ-) Matr4864 οἱμειρόμενοι X (οἵ-) Coisl Ott119 ἱμειρόμενοι FQ

ZΠ ἱμειρόμενος P Lips (-ος ex -οι vel vice versa) InstFranc (ex ὁμειρόμενοι) edd

et haec quidem hactenus.

De inscriptione haec sunt addenda: tituli evanuerunt in Par586 Lips (sed in marg supplev ipse) Par1003, desunt in AmbrosI16inf, excidit inscriptio cum textu ex S. libri integri omnes eo consentiunt quod Gregorium Nyssenum auctorem indicant aut pleno nomine aut compendio tantum quod tamen ad nomen Gregorii Nysseni superioribus locis inscriptum spectare manifestum est. cf τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης X Q Ott443 Ott119 γρηγορίου νύσσης Vatic445 BasAIII8 (ab altera manu scr) Urb τοῦ αὐτοῦ cett. sequuntur in omnibus libris integris verba εἰς τὸ more consueto quia de expositione Scripturae agitur (λόγος ἕτερος εἰς τὸ scr Coisl nescio qua ratione). deinde memoria in partes discedit: formam pleniorem ὅταν ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα afferunt F Coisl Lips (τὰ pr om) Q et omnis Q progenies (exc Ambros) et Urb, inscriptionem aut usu aut errore amputatam ὅταν ὑποταγήσεται αὐτῷ τὰ πάντα praebent ZΠ, inscriptionem breviorem τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα habent OKPX Vatic445 AmbrosQ14sup Mon107 Par585 Matr4864 (αὐτῷ τῷ coll). hanc classis primae inscriptionem genuinam esse ipsis Gregorii verbis probatur. nam Gregorius se errorem Arianorum ea de causa refutare docet quod haeretici ut subiectionem Filii arguerent b. Paulo tamquam teste usi Filium Patre minorem ostendissent cf pp. 4,1-14 et 28,12sqq. unde otiosae apparent voces ὅταν ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα. ab alterius classis recensore totus b. Pauli versus illatus videtur ut aures mulceret atque dignitatem augeret. e memoria duplici consuetudo illa orta est invaluitque qua opus Latine modo In illud: Tunc modo In illud: Quando nuncupabatur. nunc nobis tractatus recte In illud: Tunc inscribatur.

De editionibus impressis

ed. Paris. 1615 Gregorii tractatus In illud: Tunc graecus anno 1615 Parisiis a Claudio Morello typis excussus est. legitur in primo huius editionis volumine iuxta versionem latinam paginis 838-853 inclusus. exemplar fuit liber ex grege OKrecc nunc deperditus, quem nos sententiam Andreae Spira secuti codicem Canteri fuisse suspicamur (vide

vol. IX p. 374 et 414). nam haec editio cum codicibus OKrecc ubique congruit exceptis mendis propriis. ex editione Morelliana Josephus Cretensis **[cod. Urb. 13]** textum in codicem Urbinatem graecum 13 (folia scil 235-245v) descripsit, ut plane apparet ex congruentia Urbinatis et huius editionis speciali. librarius, cum textum festinanter exaravit, pauca restituit complura depravavit. anno 1638 Aegidius Morellus **[ed. Paris. 1638]** editionem Claudii Morelli ita repetivit ut textum nonnullis mendis purgatum redderet. legitur tractatus In illud: Tunc initio alterius tomi paginis 6-21 impressus. hanc alteram editionem Morellianam J.-P. Migne **[ed. Mignei]** haud sine novis mendis repetivit. cum de integritate dubitaret, ut opinor, tractatum in appendice voluminis PG 44 coll. 1303-1326 abdidit.

Editionem Aegidii Morelli siglo v signatam in apparatu critico laudavi. ab hac editione discrepant et Morelliana prima et codex Urbinas his fere locis: tit. αὐτοῦ; 3,9 πρὸ: πρὸς; 5,13 τῷ μὲν; ib. 17 τῶν recte ed. 1615 Urb; 8,12 αὐτοῦ (recte Urb); ib. 24 σὺ; 9,16 αἰῶν (recte Urb); ib. 19 τουύτο sic ed. 1615 (τοῦτο Urb); 13,19 προθήσω; 15,19 εἰς: εἴη; 28,14 τῷ (recte Urb); ib. 19 λειπεῖν. (menda Urbinatis propria praetermitto), discrepat Migneus ut in apparatu critico indicavi 9,3; ib. 7; 11,19; 16,15; 19,9; 22,8; 24,2; 28,14 post τῷ add τὸ uncis inclusum. asteriscos adscripsit Aegidius Morellus ad 9,3 δεσπόζοντος; 11,4 ἡμᾶς; 28,3 πατέρα, secutus est Migneus, uterque corruptelas intellegens.

De textu graeco hactenus. de textu latino pauca sunt addenda. iam eodem fere tempore quo tractatus In illud: Tunc per plurimos libros manu scriptos promulgatus est i.e. saeculo XVI duae versiones latinae confectae et prelo submissae sunt. primam versionem fecit Laurentius Sifanus secundum testem ex grege OKrecc accitum, alteram protulit Gentianus Hervetus exemplar e progenie codicis Taurinensis nactus.

Sifanus versionem suam inter alia Gregorii opera multa quae **[edd. Basil. 1562 1571]** Latinitate donaverat Basileae primum anno 1562 iterum anno 1571 excudendam curavit. ut in aliis ita in hoc opusculo transferendo codicem Parisinum 586 correctum praecipue secutus est. nam versio Sifani non solum menda et primae classis et familiae OKrecc prae se fert sed cum Parisino 586 ratione quadam peculiari consentit. in Parisini marginibus extremis doctus quidam coniecturas stilo tenui adhibuere solebat (cf Andream Spira l.c. p. 366sq). quas coniecturas in versione Sifani recognovimus e.g. ad 11,1 προφερομένων in margine Parisini notatum est φαι, extat apud Sifa-

num (ed. 1571 p. 107) in textu 'apparet', in margine 'προφερομένων habetur: ego lego προφαινομένων'. ad 11,4 ἡμᾶς ἀπόδειξις γίνεται in margine Parisini adnotatum est]μῖν, in textu editionis latinae legimus 'demonstrat nobis'. ex his locis et similibus conclusit Hadwiga Hörner unum eundemque virum fuisse qui textum vertit et qui textum in Parisino emendavit. alia documenta eiusdem ingenii acuti in versione sola reperiuntur e.g. 13,17 pro τῶν γινομένων Sifanus habet in textu 'ea quae dicuntur' et adiecit in margine versionis 'γινομένων habetur: ego lego λεγομένων'. 18,1 pro τὸ δὲ πάντα γίνεσθαι τὸν θεὸν τοῖς οὖσι (sic codd) vertit Sifanus 'omnia autem in rebus (universis) Deum fieri' (sic, cf. Herveti 'Deum autem omnia esse iis quae sunt').

ed. Paris. 1573 Interpretatio ab Herveto praeparata in editionem accepta est qua Parisiis anno 1573 omnia quae ad hoc tempus notuerant Gregorii opera Latine versa publici iuris facta sunt. Herveto exemplari fuisse codicem InstFranc pro certo habemus. nam praeter lectiones alterius classis et lectiones codicis Q proprias ea quoque menda quibus fons codicum Matr3179, Par1003, Ott443 distinctus erat in Herveti versione reperiuntur. scilicet et Hervetus omisit 8,16-17 ἡλικία—τῆς cum verteret 'in puerili ipse progressus aetate, ad matris potestatem non amplius aspicit', om 9,3-4 (ὑπο) ταγῇ—γὰρ τῆς cum scriberet 'quemnam locum habet in divina et beata natura', om 17,4 ἐν τῇ; ib. 5-6 ἀρχὴν καὶ; ib. 19 εἰ. et 28,12-13 reddidit 'magni Pauli sapientia' scil τῆς τοῦ μεγάλου παύλου σοφίας. ex testibus huius familiae nobis notis neque Par1003 qui deficit 27,24-25 neque Par588 cui aliquot verba e.g. 20,9 desunt (vide pp. XXIV.XXVI) Herveto qui haec loca integra transtulit exemplari fuisse potuerunt. neque cum Ott443 cognatio specialis cognoscitur. At conspirat Hervetus cum Matritensi 22,4 χριστοῦ omittens et proxime accedit ad codicem InstFranc quocum non solum menda communia habet sed etiam coniecturas quae illuc illatae sunt. nam in locis corruptis codex InstFranc et Hervetus interpres conspirant e.g. 4,11 τὸν περὶ τούτου λόγον: τὸν τοῦτο (sic) λόγον InstFranc 'hoc dictum' Herv 1573; 19,15 δι' ante οἰκοδόμης om InstFranc neque legit Herv qui vertit 'et non utique desit corpori ad aedificii quod adiicitur'; 22,7-8 τὸν κόσμον—πρὸ τοῦ om InstFranc et Herv cum verteret 'Glorifica me gloria quam habui apud te ab initio, ante mundum habens gloriam patris'. lectiones autem varias quae alibi atque in codice InstFranc non reperiuntur ab Herveto cognitas esse ex his locis maxime apparet: 8,14 man alt in marg InstFranc pro ὅτι γὰρ

proposuit διά τι et pro 18 προελθόντα proposuit προελθὼν (scil InstFranc cum cognatis suis 16 ἡλικίᾳ—17 τῆς om) unde Herv 1573 vertit 'Cur enim in humana per carnem versans natura in puerili ipse progressus aetate, ad matris potestatem non amplius aspicit?'; 8,24-25 μὴ καὶ ταύτης μου τῆς ἡλικίας ἐπιστατεῖν ἐθέλεις;: μὴ καὶ τὴν τῆς τῆς (sic) ἡλικίας ἐπ. θέλεις; InstFranc, pro τὴν in marg proposuit πρὶν man alt: 'Visne me ante aetatem praeesse ac imperare?' Herv 1573; 9,2 supra τῆς γεννησαμένης man alt scr et οις et οι in InstFranc 'iis qui genuerunt' Herv 1573; 21,2-3 τὸ μηδὲν εἶναι τῶν σωζομένων InstFranc cum cognatis suis, man alt in marg proposuit μὴ δι' αὐτοῦ, unde Herv 1573 'nihil esse quod non per ipsum servetur'; 24,2 κόσμῳ InstFranc, man alt in marg proposuit χῷ unde Herv 1573 'qui cum Christo est crucifixus'; 27,22 pro παύεται τῆς ἀριστείας man alt in marg poposuit λέγεται ἀριστ[εύειν] in InstFranc, unde Herv 1573 'Tunc enim se fortissimè gerere dicitur'. quae cum ita sint non iam dubium videtur quin Hervetus codice InstFranc usus sit. sed quaerendum est utrum interpres lectiones e codice iam correcto acceperit an ipse in interpretando excogitans libro intulerit. ductum litterarum Herveto peculiarem in marginibus codicis InstFranc Jacobus McDonough recognovit cum Parisinum in situ ad imagines codicis Oxoniensis Coll. Nov. gr. 247, Herveti autographi, contulit. sed adhuc nescimus quid sibi velit signum p. quod coniecturis marginalibus in codice InstFranc saepe subnexum est et quomodo haec littera ad Hervetum reduci possit. quod Herveti versio hic illic a textu in codice InstFranc ceterisque libris servato discrepat, licentia interpretis non aliud exemplar nunc deperditum causa fuisse videtur. e.g. 4,22-5,2 καὶ περὶ—ἐπιμνησθεὶς recte in InstFranc (scil et om 4,20-21 τῷ—λέγει et scr 4,22 ὑπέταξας cum alt class): om 4,22-5,1 καὶ—ἡμῶν Herv 1573 cum verteret 'Et de natura experte rationis, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et rursus mentionem faciens eorum qui servantur per agnitionem'; 7,5 Herv 1573 scripsit 'propter bonorum participationem' scil διὰ μετουσίαν τῶν ἀγαθῶν sed InstFranc ut Q ceteraque apographa praebet διὰ μετουσίας τῷ ἀγαθῷ (τῶ ἀγαθῶ Q al), in Par588 solo Darmarius ipse, ni fallor, in scribendo τῷ ἀγαθῷ in τῶν ἀγαθῶν mutavit; 10,3 ὁ λόγος codd: 'Apostolus' Herv 1573.

ed. Paris. 1605 Herveti interpretationem Fronto Ducaeus in editionem Parisinam anni 1605 integram accepit. sed decem annis post cum editionem bilinguam Claudii Morelli curaret textumque graecum e primae classis memoria adeptus esset, discrepantia cognita inter-

ed. Paris. 1615 pretationem latinam ad textum graecum magna cum cura adaptavit. complevit lacunas e.g. 4,22-5,1 'item de bello subactis dicit: Subiecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris', lectiones aliam alia permutavit e.g. 9,2 'tribuit' ed. 1605 scil ἀποτίθεται Q: 'excutit' ed. 1615 scil ἀποσείεται; 13,18 'dicuntur' ed. 1605 scil λεγομένων alt class: 'scripta sunt' ed. 1615 scil γεγραμμένων prim class; 18,17 'poenitentiam' ed. 1605 scil μετανοίας Q: 'participationem' ed. 1615 scil μετουσίας. in lacunis implendis Ducaeus versionem Sifani plus semel spoliavit nihilominus ingeniosas Sifani emendationes praetermittens. hac ratione contaminata et ad textum graecum adaptata interpretatio Herveti extat in editione Claudii Morelli unde in editionem Aegidii Morelli a. 1638 deinde in editionem Mignei a. 1863 devenit.



De tractatu integritate

De tractatu integritate primum referam sententias theologorum deinde textum ipsum inspiciam.

Quam vehementer veteres theologi commoti sint placitis Origenis, illo potissimum quo restauratio rerum i.e. ἀποκατάστασις τῶν πάντων praedicatur, nemo nescit; neque latet improbitas eorum qui non propter rectam fidem sed quo expeditius depellerent detraherentque quoscumque sibi obstare viderunt, adversarios suos tamquam Origenis fautores calumniati sunt. invectus est Theophilus Alexandrinus in Ioannem Chrysostomum; sub Iustiniano imp. quanta erat turba quantaque confusio rerum propter monachos Palaestinenses hac criminatione petitos! eadem tempestate Gregorius noster ut qui Origenis esset sectator detrectatus est praecipue, ut videtur, a Severo Antiocheno monophysitarum duce, qui sibi Nysseni sententiam obesse intellexit. ex illo tempore causa Gregorii agitur.

Quem ad defendendum saeculo septimo ineunte Maximus Confessor extitit, secutus est Anastasius Sinaita, octavo saeculo Germanus Constantinopolis patriarcha, nono Theodorus Studita, ut notissimos tantum vindices enumerem. de his ceterisque Ioannes Daniélou lucidissime egit (Recherches de Science Religieuse tom. XXX, 1940, pp. 328-347). defensores duas vias ingrediebantur ut lumen Ecclesiae crimine purgarent: Gregorii opera aut male intellecta aut prave interpolata esse autumaverunt. hac altera ratione usus Germanus patriarcha affirmavit haereticos, quos ὠριγενειαστάς nuncupare videtur, de industria Gregorii scripta depravasse atque adulterasse.

Sententia Germani a Photio patriarcha iterum pervulgata (Bibl. cod. 233) apud posteros permultum valuit. ad eam per saecula se referre solebant viri docti, praecipue qui Ecclesiae eiusque scriptorum historiam conscribebant. inter primos Nicephorus Callistus laudatur cum diceret se accepisse Gregorio haereticos quosdam Origenica dogmata iniecisse (lib. XI cap. 19 PG 146 col. 628 C, apud Scultetum p. 244 et Rivetum p. 344, opp. infra citt.). posteri nonnulli satis habebant ad Germani aut Nicephori aut ad amborum auctoritatem recurrere (vide infra p. XLII sq).

Sed extiterunt alii theologi qui praesertim cum in dogmata inquirerent de integritate Gregorii diversis rationibus disceptaverunt. saeculis XIII-XV, cum de unione ecclesiarum certaretur, Grego-

rius qui τὸ καθάρσιον πῦρ toties laudat Latinis eorumque fautoribus testis gratissimus esse potuit ad dogma purgatorii corroborandum. quod quomodo Graeci, ut erant Origenis erroris memores, refutaverint, et loci testificantur in textibus manuscriptis deleti seu interpolati seu scholiis ornati (vide supra p. XIII codicem O in quo legitur ad p. 14, 5: καθαρτικὸν πῦρ οὐ λέγομεν· ὅτι τὸ ἄυλον ὑλικῷ πυρὶ οὐχ ἅψεταί ποτε et paulo post εὔδηλον ὁ ἐν τῷ κακῷ μείνας ἐς τὸ μὴ ὂν ἑαυτὸν μετέστησεν. cf H. Hörner, Genese pp. 44sqq adn. 2 in Écriture ... ed. M. Harl, Lugd. Bat. 1971), et manifeste demonstrat liber περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρός qui inscribitur, auctoris incerti, quem Barlaamum aut Nilum Thessalonicensem fuisse plerique olim existimaverunt, sed eum Marci Eugenici Ephesini orationem I apud concilium Florentinum (1438-1445) habitam retulisse viri docti nostrae aetatis monent (H.-C. Beck, Theologie und Kirche im byzantinischen Reich, Monaci 1959, pp. 718, 728 cf. Martin Jugie, Theologia Dogmatica Christianorum Orientalium, Parisiis 1931 tom. I pp. 442 adn. 3, 470sq; tom. IV pp. 36-41). auctor ille ad deminuendam Gregorii apud Latinos auctoritatem et vetus corruptionis argumentum protulit 'ὃ παρὰ τῶν πατρῶν ἡμῶν παρελάβομεν' et hoc novum insuper excogitavit 'ῥητέον δ' οὖν ὅμως (ὡς ἔνεστι) τὴν εὐφημίαν φυλάξασι τῷ πατρί· ἄνθρωπος ἦν, ἀνθρώπῳ δὲ, κἂν ὅτι μάλιστα εἰς ἄκρον ἁγιωσύνης ἀφίκηται, οὐκ ἀδύνατον ἁμαρτεῖν, καὶ μάλιστα περὶ ἃ μηδεμία προέβη ἐξέτασις, μηδὲ κοινῇ συνελθόντες πατέρες τὸ δοκοῦν ἐψηφίσαντο'. (liber de purgatorio igne libro Nili de primatu papae adiunctus, Lugduni Batavorum 1595, pp. 83sq, idem inter Nili et Barlaami libros de primatu papae insertus, Hanoviae 1608, pp. 146sq). haec argumenta inter se quantopere repugnarent aut non vidit aut neglexit: adversarios eorumque testem refellere, non ipso de Gregorio diiudicare voluit.

Saeculis XVI exeunte et XVII ineunte cum partes novae novo impetu de purgatorio disceptarent Gregorius iterum utroque tractus est. illis temporibus viri docti quippe qui in operibus patrum edendis et recensendis multam operam consumerent, inter genuina et spuria ita discernere solebant, ut sententias unius auctoris inter se congruentes agnoscerent, diversas autem repellerent locis contra locos positis (cf praefationem editionis Paris. 1573 apud Mignei PG 44 coll. 59-60 excussam). tunc Robertus Bellarminus card. e Gregorii libris locos sibi arcessivit quibus purgatorium affirmaret (cf e.g. Opera omnia tom II, Neapoli 1872, pp. 373, 395). quod moleste ferens Abraham Scultetus, cum Gregorii opera, ut mos erat,

percenseret, in libros quos Bellarminus spoliaverat attentius incubuit iisque praecipue naevos Origenis inesse monuit. citavit cum Nicephorum tum locos ex libro De anima et resurrectione suspectos et collegit: 'quae cum sacris literis e diametro repugnent, imo Gregorio ipsi, qui alibi scribit extra omnem dubitationem positum esse, non posse nos beatam illam vitam consequi: nisi peccato moriamur, item non aequalem fore statum piorum et impiorum post hanc vitam' (in marg: orat. 12 in Cantic. et epist. ad Olump. de vitae perfectione), 'non possum adduci ut credam Gregorii haec esse: nisi forte dicam mire omnia ab haereticis esse interpolata' (Medulla Theologiae Patrum pars III cap. 2, Lipsiae 1609, pp. 245; 365-366). sic Scultetus quamquam in aliis partibus Gregorium Origenis discipulum atque aemulatorem sine scrupulo commemoravit, in iis quibus Bellarminus usus erat de operum integritate quam de auctoris sinceritate dubitare maluit. paulo post Andreas Rivetus Gregorii libros etiam maiore sagacitate perscrutatus est ut dubios aut suppositicios secerneret. qua in recensione verba Sculteti diligenter exscripsit atque eius sententiam aliorum iudicio, inter quos Possevinum laudat, confirmare contendit (Critici Sacri Specimen cap. XXIII, Lipsiae 1612, pp. 344-345. Possevinus, Apparatus Sacer, Venetiis 1603-1606, p. 676).

Saeculo autem XVII medio Dionysius Petavius, vir miri acuminis, de Gregorio quem magis quam ceteri perspexit ita iudicavit ut eum ab utriusque partis manibus removeret. nam in dogmatibus de angelis daemonibusque excutiendis cum in Origenem atque Gregorium incurrit his verbis et Germanum et coaevos suos castigavit: 'igitur Gregorio Germanus ita patrocinatur, ut pro certo et confesso habeat illa, quae obiciuntur e libris illius, loca... Origenianum istud dogma complecti; neque de iis explicandis aut quoquo modo conciliandis laborat, ut nonnulli hoc tempore pie magis quam vere aut etiam pudenter instituunt. sed sola hunc exceptione defendit; nam libros eius ab Origenis fautoribus haereticis corruptos esse causatur, iisque alienas istas insertas esse sententias. verum non facile sibi hic persuaderi sinet, qui in illa legenda iudicium et candorem adhibebit. quippe tam stilus et dicendi character, quam reliqua consequens oratio, germana et nativa illa esse demonstrat' (Dogmata Theologica tom. III de angelis lib. III cap. VII, Parisiis 1644, p. 203 = ed. Barri-Ducis 1868 tom. IV p. 210).

Hactenus Petavius. sed mox Ioannes Dallaeus se paravit ut Bellarminum et Bellarmini sectatores funditus everteret. in Gregorio,

teste adversariorum gravissimo, refutando ad vestigia quidem Sculteti atque Riveti revertebat, sed ab utroque eo discessit quod praeter argumentum corruptionis (cuius auctorem non Nicephorum sed Germanum laudavit) argumentum erroris protraxit ab auctore libri de purgatorio igne, qui Nilus ei audit, mutuatum. quamquam inter Nilum suum et Germanum non diiudicaret, Dallaeus nihilominus quo vergeret ipse indicavit neque multum dissimulavit quin Gregorium Origenistam fuisse suspicaretur. et Dallaeus non solum librum De mortuis diligentissime excussit sed etiam tractatum In illud: Tunc tamquam dubium in lucem protulit primus, ni fallor, omnium. id qua de causa quomodo fecerit, vide ipse 'Sed etiam sunt impudentiores' inquit 'qui ad eandem purgatorii causam torquent, quae ex alio Nysseni opere laudant nos in eandem gratiam restituendos qua Deus nos creavit. Is enim locus quem innuunt Origenicam illam omnium tum hominum tum daemonum ἀποκατάστασιν tam clare constituit, ut ferream eius frontem esse oporteat, qui eum pro Romano purgatorio testem dare ausus est' et post locos citatos (nostrae editionis pp. 13,21-14,7; 17,13-21; 20,10-17; 21,10-11; 23,15-18; 26,19-27,1; 27,10-15; 28,4-5) collegit 'in quibus omnibus manifeste apparent Origenis de impiorum et daemonum restitutione non solum sensus dogmaque ipsum sed etiam enthymemata et argumenta' (De poenis et satisfactionibus lib. IV cap. VII, Amstelaedami 1649, pp. 375-377). sic tractatus noster a Dallaeo in discrimen datus est.

Cum magis magisque apparerent Gregorii opera doctrina Origenis penitus imbuta, alii aliter iudicaverunt. velut Leo Allatius adversum auctorem libri de purgatorio igne, Nilum scilicet Dallaei quem ipse Barlaamum fuisse putabat, acriter invectus Germanique auctoritatem restituens quam plurimos locos integros accumulavit ut Gregorium vindicaret (Consensio utriusque ecclesiae occidentalis et orientalis circa dogma de purgatorio, Romae 1655, apud Mignei Theologiae Catholicae cursum completum tom. 18 cap. 22 et 23, Parisiis 1840, coll. 411-413). at contra Daniel Huet, insignis ille Origenis patronus, planis verbis affirmavit: 'tam aperte autem Origeni adhaesit Gregorius Nyssenus, ut non eum solum prosecutus sit laudibus, sed dogmata etiam eius aliquot tenuerit: adeo ut ab Origenistis corrupta ipsius scripta, et adulterata peculiari libro demonstrare conatus sit Germanus patriarcha' (Origeniana lib. II cap. IV sec. 6, Rothomagi 1668, apud Mignei PG XVII col. 1121). complures tamen vetus illud corruptionis argumentum Germani

vel Nicephori retinuerunt velut Natalis Alexander (Selecta Historiae Ecclesiasticae Capita tom. III diss. XXVII art. II, Parisiis 1676-1686, ed. Parisiis 1730 pp. 798-799), Sebastianus Tillemont (Memoires pour servire a l'Histoire Ecclesiastique tom. IX, Parisiis 1703, pp. 602 et 605), Ioannes Albertus Fabricius (Bibliotheca Graeca, 1705-1728, vol. VIII p. 145sq, apud Mignei PG XLIV coll. 10-11, vide infra ad Harlesium).

Casimirus autem Oudinus argumentis diversis undique collatis primum ad Dallaeum recurrit cuius de Gregorio capitulum VII quod aureum praedicat totum exscripsit (Commentarius de Scriptoribus Ecclesiae antiquis tom. I, Lipsiae 1722, coll. 587-595 = Dallaei pp. 368-377). deinde cum ad singula opera examinanda pervenit de tractatu nostro 'Hanc Homiliam' inquit 'Origenianis erroribus de salute omnium hominum etiam perdidissimorum favere, nulli qui attente eam legerit, dubium esse potest' et ad Dallaeum supra laudatum lectorem delegit. tum ingeniose 'Inde tamen colligi nullo modo potest, suppositam hanc homiliam Gregorio fuisse: imo cum Origeniani Operum Nysseni corruptores, non adulterina sed genuina eius Opuscula corruperint: hinc potius concludendum ex corruptione esset, homiliam hanc vere a Gregorio Nysseno compositam esse'. postremum ex Riveto verba Sculteti quae supra citavi quaeque prioribus ad librum De anima spectaverant, ad tractatum nostrum censendum vix mutata transtulit (coll. 599-600). sic Oudinus multa congessit—ut ipse dicit col. 614 'Haec ex Riveto Aubertino Dallaeo atque aliis'—perspexit nulla.

Ratione multo aptiore Dom Remy Ceillier de tractatu In illud: Tunc disseruit. primum commemoravit eos qui illum spurium quique interpolatum existimaverant, deinde iudicavit: 'tout ce qu'on en peut dire, c'est que le sentiment touchant la destruction du pèche fait tout le fond de cet écrit, et on ne peut l'en retrancher sans en detruire toute l'oeconomie' (Histoire Général des Auteurs sacres et ecclesiastiques tom. VIII, Parisiis 1740, p. 247). de integritate Ceillier nihil plus.

Posteri usque ad nostram aetatem alii alio vergentes argumenta nova non attulerunt. Ioannes Matthias Schroeckh prioribus multis percensis sedato animo pertulit Gregorium non in omnibus partibus rectam fidem sed Origenis placita secutum et perperam eos facere qui locos suspectos Origenistis tribuerent (Christliche Kirchengeschichte, Leipzig 1790, pp. 141-142). Gottlieb Christophorus Harles Fabricii Bibliothecam supplens et Schroeckhium

quidem et ceteros quos similis opinionis fuisse putabat arcessivit (tom. IX, Hamburgi 1804, pp. 99-100, apud Mignei PG XLIV coll. 10-11 adn.), attamen ubi de tractatu In illud: Tunc egit, iudicium Sculteti quod Oudinus inter alia repetiverat solum admisit (p. 106, apud Migneum o.c. col. 18). neque Josephus Fessler subtilitatis Petavii seu Ceillieri memor erat sed prisca severitate de nostro tractatu 'merito' inquit 'in dubium vocatur atque vel supposit<ic>ius, vel certe interpolatus censetur' (Institutiones Patrologiae tom. I, Oeniponte 1850, p. 608). quamquam Fessler primus fuit qui observavit similitudinem quae inter hoc opusculum et librum Contra Eunomium occurrit. paulo post Migneus iudicio Fessleri vel Harlesii vel simili quodam fortasse persuasus tractatum In illud: Tunc in appendicem primi editionis voluminis detrusit.

Gregorii doctrina quomodo a recentioribus, imprimis a Francisco Hilt (Des hl. Gregor v. Nyssa Lehre vom Menschen systematisch dargestellt, Coloniae 1890) enucleata atque explanata sit enarrare supersedeo. ultimus J. Daniélou id quod Petavius olim intenderat ad metam perduxit exponens quomodo Gregorius contendisset ut philosophorum Graecorum notionem ἀποκαταστάσεως cum salute humani generis Christiana in unum componeret, neque tam singulorum quam omnium salutem et universorum Gregorio cordi fuisse.

De sententiis theologorum hactenus, nunc ad tractatum ipsum. Gregorium auctorem esse non solum codices testantur sed ipse scribendi usus qui bene notus est. sunt enim satis multi loci quibus similes et ad verbum fere respondentes ex aliis Gregorii operibus conferri possint, velut 3,9 οἰκείαν καὶ κατὰ φύσιν; 7,9 ὄνομά τε καὶ νόημα; 14,1 et 16,18 θεία τε καὶ ἀκήρατος scil dictiones Gregorio consuetas. vide quomodo Christus laudetur 3,15 καθηγεμών, aut Paulus 3,11-12 ἐν παραδείσῳ μυηθεὶς τῶν ἀπορρήτων τὴν γνῶσιν et 15,12-13 μιμητὴς τοῦ Χριστοῦ, aut quomodo peccatores tamquam transfugae significentur 27,1 αὐτομολήσαντες. quos ad locos in apparatu pauca e pluribus aliis contuli. et vide translationem specialem 14,4-5 διὰ τῆς τοῦ καθαρσίου πυρὸς χωνείας et vocem rarissimam 22,2 προσφύσημα, quibus locis omnia attuli quae inveni. evidentissime autem auctoritas Gregorii apparet argumentatione pp. 4,15-10,4 quae similis extat et in libro I Contra Eunomium §§ 191-196 et in Refutatione Eunomii §§ 198-201 et eam latiorem proponere mihi liceat.

C Eunom I §§ 191-196	Refut §§ 198-201	In illud: Tunc pp. 4,15-10,4
series distinctionis Τί τοίνυν τῆς ὑποταγῆς ἐστι τὸ σημαινόμενον καὶ ἐπὶ τίνων ἡ θεία γραφὴ τῷ τοιούτῳ προσχρῆται ῥήματι, πρῶτον κατανοήσωμεν.	*series distinctionis* καθάπαξ γάρ, φησίν, ὑποτεταγμένον, οὐχ οἶδα ποίῳ τῆς ὑποταγῆς εἴδει τὸ ἡγεμονικόν τε καὶ ἀρχικὸν ὑποζεύξας. πολύσημος γὰρ ἡ τοιαύτη φωνὴ παρὰ τῇ ἁγίᾳ γραφῇ καὶ πολυτρόπως νοουμένη καὶ λεγομένη.	*series distinctionis* Ἔγνωμεν τοίνυν ἐν τῇ χρήσει τῆς ἁγίας γραφῆς πολύσημον οὖσαν τὴν τοιαύτην φωνὴν καὶ οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ ἐφαρμοζομένην νοήμασιν, ἀλλὰ νῦν μὲν τοῦτο σημαίνουσαν πάλιν δὲ ἕτερον ἐνδεικνυμένην,
animalia bruta τιμῶν τὸν ἄνθρωπον τῷ κατ' εἰκόνα γεγενῆσθαι τοῦ κτίσαντος πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἄλογον φύσιν ὑπέταξεν ὁ κτίσας θεός, καθὼς ὁ μέγας Δαβὶδ ἐν ὕμνοις τὴν χάριν ταύτην διεξιὼν ἀνευφήμησε. Ps 8,7 καὶ ἐπ' ὀνόματος μέμνηται τῶν ὑποτεταγμένων.	animalia bruta καὶ γὰρ καὶ τὴν ἄλογον φύσιν ὑποτετάχθαι φησὶν ὁ προφήτης, (Ps 8,7)	servi οἷον Tit 2,9
captivi ἔστι πάλιν ὑποταγῆς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ ἄλλο τὸ σημαινόμενον. τῶν γὰρ ἐν τοῖς πολέμοις κατορθωθέντων αὐτῷ τῷ θεῷ τῶν ὅλων ἀνατιθεὶς τὴν αἰτίαν Ps 46,4; 143,2 et 17,48 καὶ πολλάκις ἔστι τὴν φωνὴν ταύτην ἐν ταῖς θείαις εὑρεῖν γραφαῖς τὸ κατὰ τῶν ἀντιτεταγμένων κράτος ὑποσημαίνουσαν.	captivi καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ κεκρατημένους τῷ αὐτῷ ὑπάγει ὀνόματι, (e.g. Ps 46,4)	animalia bruta καὶ περὶ τῆς ἀλόγου φύσεως, ὅτι τῷ ἀνθρώπῳ ὑποτέτακται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὡς ὁ προφήτης λέγει Ps 8,7
	servi καὶ Tit 2,9 νομοθετεῖ ὁ ἀπόστολος	captivi καὶ περὶ τῶν διὰ πολέμου κεχειρωμένων φησίν· Ps 46,4
	liberi καὶ τὰ τέκνα ἐν ὑποταγῇ ἔχειν τοὺς τῆς ἱερωσύνης προεστηκότας διακελεύεται, ὡς	

C Eunom I §§ 191-196	Refut §§ 198-201	In illud: Tunc pp. 4,15-10,4
	τῆς γινομένης παρ' αὐτῶν ἀταξίας καθ' ὁμοιότητα τῶν Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως παίδων εἰς τοὺς πατέρας διαβαινούσης. (I Tim 3,4; I Regn 2,12)	
Omnes homines per filium et filius ipse deo subiectus	omnes homines fide et professione unum corpus domini facti et filius ipse deo subiectus	homines salutis participes
τὸ γὰρ τοῦ ἀποστόλου περὶ τῆς ἐν ὑστέρῳ γενησομένης ὑποταγῆς πάντων τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸν μονογενῆ καὶ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα (I Cor 15,28), ἐν οἷς ἐν τῷ βάθει τῆς σοφίας τὸν μεσίτην θεοῦ καὶ ἀνθρώπων αὐτὸν ὑποτάσσεσθαι τῷ πατρὶ λέγει, τὴν πάντων ἀνθρώπων ὑπακοὴν διὰ τῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ μετεσχηκότος τῆς ἀνθρωπότητος πρὸς τὸν πατέρα ὑποταγῆς αἰνισσόμενος, ὡς πλείονος καὶ φιλοπονωτέρας δεόμενον τῆς ἐξηγήσεως πρὸς τὸ παρὸν ὑπερθήσομαι.	ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἀνθρώπων τὴν πρὸς τὸν θεὸν ὑποταγήν, ὅταν ἑνωθέντες οἱ πάντες ἀλλήλοις διὰ τῆς πίστεως ἓν σῶμα τοῦ κυρίου τοῦ ἐν πᾶσιν ὄντος γενώμεθα, τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὑποταγὴν ὁ ἀπόστολος λέγει, τῆς παρὰ πάντων ὁμοθυμαδὸν γινομένης τῷ υἱῷ προσκυνήσεως παρά τε τῶν ἐπουρανίων καὶ τῶν ἐπιγείων καὶ τῶν καταχθονίων εἰς τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν διαβαινούσης, οὕτως εἰπόντος τοῦ Παύλου ὅτι Αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. = Phil 2,10 οὗ γενομένου τὸν ἐν πᾶσιν ὄντα υἱὸν διὰ τῆς τῶν πάντων ἐν οἷς ἐστιν ὁ υἱὸς ὑποταγῆς αὐτὸν ὑποτάσσεσθαι τῷ πατρὶ ἡ μεγάλη τοῦ Παύλου διαβεβαιοῦται σοφία (I Cor 15,28)	τῶν τε αὖ δι' ἐπιγνώσεως σῳζομένων ἐπιμνησθείς, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ λέγει τὸ Ps 59,10; ᾧ δοκεῖ πως οἰκεῖον εἶναι τὸ ἐξητασμένον ἡμῖν ἐν τῷ πρώτῳ καὶ ἑξηκοστῷ ψαλμῷ διὰ τοῦ Ps 61,2
		filius ipse deo subiectus
		ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις ἐκεῖνο τὸ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἡμῖν προφερόμενον ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς, ὅτι· Τότε αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα = I Cor 15,28.

C Eunom I §§ 191-196	Refut §§ 198-201	In illud: Tunc pp. 4,15-10,4
		altera series distinctionis Ἐπειδὴ τοίνυν ἐπὶ πολλὰ νοήματα φέρεται τῆς φωνῆς ταύτης ἡ σημασία, καλῶς ἂν ἔχοι ἕκαστον τούτων ἐφ' ἑαυτοῦ διελομένους ἐπιγνῶναι πρὸς ποῖον τῆς ὑποταγῆς σημαινόμενον ἡ τοῦ ἀποστόλου ῥῆσις οἰκείως ἔχει. captivi φαμὲν τοίνυν ὅτι ἐπὶ τῶν μὲν διὰ πολέμου τῇ τῶν κεκρατηκότων δυναστείᾳ κεχειρωμένων ... animalia bruta τὰ δὲ ἄλογα τοῖς λογικοῖς εἰσι ὑποχείρια καθ' ἕτερον τρόπον, ... servi οἱ δὲ ἐν τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας διὰ νομίμου τινὸς ἀκολουθίας κεκρατημένοι, ... homines salutis participes τῆς δὲ πρὸς τὸν θεὸν γινομένης ἡμῖν ὑποταγῆς ὁ σκοπός ἐστιν ἡ σωτηρία, ... Ps 61,6 et 2
series applicationis ἀλλ' ἐν τοῖς προδήλοις, ἐν οἷς οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν τὸ τῆς ὑποταγῆς σημαινόμενον ἔχει, κατὰ τίνα νοῦν ὑποτετάχθαι τὴν τοῦ πνεύματος οὐσίαν τῇ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πατρὸς ἀποφαίνεται;	*series applicationis* τίνα οὖν ἐπιθρυλεῖ τῷ πνεύματι τὴν καθάπαξ ὑποταγὴν ὁ Εὐνόμιος, οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς προσριφείσης παρ' αὐτοῦ διδαχθῆναι φωνῆς,	*series applicationis* Ὅταν τοίνυν προφέρηται παρὰ τῶν ἐναντίων ἡμῖν ἡ τοῦ ἀποστόλου φωνὴ ἡ τὸν υἱὸν ὑποταγήσεσθαι τῷ πατρὶ λέγουσα, ἀκόλουθον ἂν εἴη κατὰ τὴν διεσταλμένην τῆς τοιαύτης φωνῆς σημασίαν ἐρωτᾶν αὐτοὺς

C Eunom I §§ 191-196	**Refut §§ 198-201**	**In illud: Tunc pp. 4,15-10,4**
		πρὸς ποῖον σημαινόμενον τῆς ὑποταγῆς ὁρῶντες ταύτην ἐφαρμόζειν οἴονται δεῖν τῷ μονογενεῖ θεῷ τὴν φωνήν. ἀλλὰ δῆλον ὅτι κατ' οὐδένα τρόπον τῶν εἰρημένων τοῦ υἱοῦ τὴν ὑποταγὴν ἐροῦσι νοεῖν·
filius ipse ὡς ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ ὑποτάσσεται, καθὼς νοεῖ ὁ ἀπόστολος; οὐκοῦν κατὰ τοῦτο συντάσσεται τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα, οὐχ ὑποτάσσεται, εἴπερ τὰ δύο πρόσωπα τῶν ὑποταττομένων ἐστίν; ἢ οὐχ οὕτως;	animalia bruta τῶν ἀλόγων ἢ	captivi οὔτε γὰρ ἐχθρὸς ὢν διὰ πολέμου γέγονεν ὑποχείριος ὥστε πάλιν αὐτῷ τὴν κατὰ τοῦ κρατοῦντος ἐπανάστασιν δι' ἐλπίδος τε καὶ σπουδῆς εἶναι·
animalia bruta πῶς οὖν ἑτέρως; ὡς τῇ λογικῇ φύσει τὴν ἄλογον ἐν τῷ ψαλμῷ μεμαθήκαμεν; οὐκοῦν τοσοῦτον παρήλλακται ὅσον ἡ τῶν κτηνῶν πρὸς τὸν ἄνθρωπον. ἀλλὰ παραγράφεται καὶ τοῦτον ἴσως τὸν λόγον.	captivi τῶν αἰχμαλώτων ἢ	animalia bruta οὔτε ὡς ἕν τι τῶν ἀλόγων ὁ Λόγος διὰ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἐλλείψεως ἀναγκαίαν ἐν τῇ φύσει τὴν ὑποταγὴν ἔχει, ὡς πρόβατα καὶ κτήνη καὶ βόες πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἔχουσιν·
captivi οὐκοῦν ἐπὶ τὸν λειπόμενον ἥξει, ὅτι ἀντιτεταγμένη καὶ ἀντιστατοῦσα τὸ πρότερον μετὰ ταῦτα διὰ βιαιοτέρας ἀνάγκης ὑποκύπτειν κατηναγκάσθη τῷ κατισχύσαντι; ἐπιλεξάσθω τῶν εἰρημένων ὃ βούλεται·	servi τῶν οἰκετῶν ἢ	servi ἀλλὰ μὴν οὐδὲ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀργυρωνήτων ἢ οἰκογενῶν ἀνδραπόδων νόμῳ δεδουλωμένος ἀναμένει δι' εὐνοίας ἢ χάριτος τοῦ ζυγοῦ ποτε γενέσθαι τῆς δουλείας ἐλεύθερος·
et animalia bruta et captivi repetuntur ἀλλ' οὐκ οἶδα τί τούτων ἑλόμενος τὴν ἄφυκτον κατάκρισιν τῆς βλασφημίας ἐκφεύξεται, εἴτε ἐν ἴσῳ τοῖς ἀλόγοις ὑποτετάχθαι λέγοι τὸ πνεῦμα, ὡς τῷ ἀνθρώπῳ τοὺς ἰχθύας καὶ	liberi τῶν σωφρονιζομένων τέκνων ἢ	

C Eunom I §§ 191-196	Refut §§ 198-201	In illud: Tunc pp. 4,15-10,4
τὰ πετεινὰ καὶ τὰ πρόβατα, εἴτε καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀφεστώτων ὥσπερ αἰχμάλωτον προσάγοι τῷ πλεονεκτοῦντι κατὰ τὴν δύναμιν.		
	homines salutis participes	homines salutis participes
	τῶν διὰ τῆς ὑποταγῆς σῳζομένων. ἡ γὰρ πρὸς τὸν θεὸν τῶν ἀνθρώπων ὑποταγὴ σωτηρία τοῖς ὑποτασσομένοις ἐστὶ κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν, ἥ φησιν ὑποτάσσεσθαι τῷ θεῷ τὴν ψυχήν (= Ps 61,2), ἐπειδὴ παρ' αὐτοῦ γίνεται διὰ τῆς ὑποταγῆς τὸ σωτήριον, ὡς εἶναι τὴν ὑποταγὴν τῆς ἀπωλείας ἀλεξητήριον. ὥσπερ τοίνυν ἡ ἰατρικὴ τοῖς νοσοῦσι σπουδάζεται, οὕτω καὶ ἡ ὑποταγὴ τοῖς δεομένοις τῆς σωτηρίας. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ζωοποιοῦν τὰ πάντα ποίας ἐνδεές ἐστι ζωῆς, ἵνα διὰ τῆς ὑποταγῆς τὴν σωτηρίαν ἑαυτῷ κατακτήσηται;	ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὸν τῆς σωτηρίας σκοπὸν εἴποι τις ἂν τὸν μονογενῆ θεὸν τῷ πατρὶ ὑποτάσσεσθαι, ὡς διὰ τούτου καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀνθρώπων τὴν σωτηρίαν ἑαυτῷ παρὰ τοῦ θεοῦ πραγματεύεσθαι. ...
		ultima notio subiectionis et distincta et applicata
		Christus puer
		... εἰ δὲ χρὴ κἀκεῖνο τὸ τῆς ὑποταγῆς εἶδος προσθεῖναι ὅ φησι τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον ὅτι Ἦν ὑποτασσόμενος τοῖς γονεῦσιν εἰς δωδέκατον προελθὼν ἔτος (cf. Lc 2,51.41.42) ὁ κύριος, οὐδὲ ἐκεῖνο ἁρμόζοι ἂν ἐπὶ τοῦ προαιωνίου τε καὶ ἀληθινοῦ ⟨υἱοῦ⟩ πρὸς τὸν ἀληθινὸν ἑαυτοῦ πατέρα λέγεσθαι ...

Ecce, in primo Contra Eunomium libro Gregorius vocem subiectionis excutiens tres tantum modos introducit: unum quo animalia rationis expertia, alterum quo adversarii bello capti subiciuntur, tertium quo Filius et homines omnes et se ipsum subiecturus esse dicitur a Paulo ad Corinthios. sententiam b. Pauli, ut esset digna quae pluribus explicaretur, Gregorius hoc loco se attigisse tantum satis habere confitetur. itaque ut subiectionis modum nullum ad Sanctum Spiritum pertinere demonstraret, Filium paucis citat, cetera exempla et animalium brutorum et captivorum bis laudat.

In Refutatione argumentum accuratius explicat. nam nova exempla duo, servos et liberos, arcessit ad seriem complendam et distinguit primum τὰ ἄλογα et τὰ λογικὰ, deinde in ipsis λογικοῖς partes tres, quas nunc singulatim nominat nunc in unum colligit. praeterea ultimum exemplum i.e. sententiam Pauli tam subtiliter coniungit hic cum notione adorantium (ex Phil 2,10 sumpta) illic cum notione fidelium salvationem expectantium (ex Ps 61,2 citata) ut facile causam suam obtineret demonstrans ne hanc ultimam quidem subiectionem ad Spiritum Sanctum quippe qui nulla salvatione egeret referri posse.

Huic argumentationi elaboratae simillima est ea quam Gregorius in nostro opusculo proponit. hoc autem differt quod Gregorius non de liberis generatim sed de Christo puero loquitur neque eum ceteris inserit sed postponit tamquam exemplum praeeminens. et laxat seriem ipsam ordine ceterorum exemplorum commutando. haec utrum fecerit ante quam argumentum strictiore modo componeret an postea, haud facile discernas. hoc tamen elucet inter Refutationem et tractatum In illud: Tunc non magnum temporis intervallum intercessisse.

Sed tertium ad Refutationem et ad tractatum In illud: Tunc accedit opusculum illud quo Gregorius psalmi sexagesimi primi versum secundum se explicavisse commemorat (p. 5,3-5). quem s. Scripturae locum in ceteris suis operibus nusquam quoad scio praeterquam In Cant p. 120,18 attigit. in illa autem explicatione nunc deperdita Gregorium de subiectione atque salvatione contra Eunomium egisse veri est simillimum. et nescio an huic argumento in psalmi explicatione etiam filios Heli eorumque insolentiam damnosam coniunxerit. si igitur seriem operum ab explicatione psalmi ad tractatum In illud: Tunc et a tractatu nostro ad Refutationem construimus, quo in libro Gregorius ea quae contra Eunomium antea excogitavisset iterum collecta proposuerit, fortasse non longe a vero absumus.

Si denique quaeris cuinam tractatus In illud: Tunc dedicatus sit: Gregorius nulli quidem opusculum inscribit sed in fine quendam allocutus optat ut liber ei placeret. cum notum sit Petrum fratrem non solum fratri morem gessisse in libro contra Eunomium primo recensendo (ubi verba b. Pauli ad Corinthios, ICor 15,28 occurrunt quorum explicationem Gregorius distulit) sed etiam in ceterum de Arianorum Eunomiique auctoritate sollicitatum esse, suspicamur libellum In illud: Tunc Petro fratri gratissimum fuisse. sed Gregorius fratrem in aliis libris quos dedicaverat multo elegantius multoque familiarius alloqui solebat. quaestionem igitur iniudicatam relinquimus.

Sic tandem ad calcem deducitur opusculum quod multis ante annis in Universitate Harvardiana insumpsi tractandum sub auspiciis illius magistri optimi, Werneri Jaeger, viri vere docti, vere benigni. ob pristinam bonitatem, J. E. Walsh, Virginiam Callahan commemorare volo. dein Hermanno Langerbeck, piae memoriae, successit Hadwiga Hörner quae hoc et alia opera Gregorii curaret edenda. et iam apparet tractatus In Illud: Tunc politior in multis extructiorque. alii sunt codices aggregati: elaboratiores factae sunt rationes necessitudinis inter tractatum nostrum et contra Eunomium libros: agitur de versionibus latinis et centies et ubique subtiliora inducta sunt ex indefessis laboribus Hadwigae Hörner quae cum fidelibus adiutoribus (inter quos eminet Rev. J. McDonough SJ) effecit ut Gregorius magis eniteret. quibus omnibus grates reddo precans ut Deus sit iis omnibus merces magna nimis.

Dubuquii, in Iowa mense Septembri MDMLXXIX

J. Kenneth Downing

CONTRA FATUM

EDIDIT

JACOBUS A. McDONOUGH, S.J.

(PRAEFATIO)

Sancti Gregorii Contra fatum lucubrationes nobis conservatae sunt codicibus tribus et viginti quos in duas classes ea ratione dividere possumus ut alteri ascribamus undeviginti alteri quattuor. neque tamen memoria paucorum testium aspernanda est quae cum ipsa nonnumquam sit integrior simul de indole et primae classis et codicis archetypi nos illuminat. in prima autem classe tres stirpes distinguuntur: una duabus familiis, et ALΛ et MP, constat nec non complectitur ea quae apud Anastasium Sinaitam inveniuntur excerpta, alteram testatur codex S, tertiam repraesentant codex E eiusque asseclae.

De classe prima

De familia ALΛ

A	codex Venetus Marcianus graecus 68 membranaceus saec. XII foll. 170-185
L	codex Leidensis Gronovianus 12 chartaceus saec. XVI foll. 144v-155v
Λ	codex Musei Britannici Old Royal 16 D I graecus membranaceus saec. XII foll. 200-209v
Mon 47	codex Monacensis graecus 47 chartaceus saec. XVI foll. 155-167v
Vat 116	codex Vaticanus graecus 116 chartaceus saec. XIV foll. 158-162

Huius familiae memoria quid ceperit detrimenti e consensu codicum ALΛ creberrimo cognoscas. (cum codicem A solum in apparatum criticum admittam, ceterorum lectiones graviores pp. LIX-LXI enumerabo. quem conspectum quaeso inspicias ubicumque in locos asterisco notatos incurreris.) in fonte ALΛ vocabula imprimis minora desiderantur cf 32,20; 34,19; 36,1; ib. 23; 38,11; 39,17; 40,11; 41,6; 42,20; 43,7; 44,14; 48,5; ib. 14; 49,2; 53,16; 57,5; 58,12; 59,16. ubi complura desunt, litterae 11-16 enumerantur cf 36,1; 40,6; 46,24; 47,14; 51,2-3; 56,14; 59,22. alia lapsu seu calami seu mentis apparent mutata velut 33,14; 36,3; 37,5; ib. 13; 39,13; 41,1; ib. 7; 42,15; 43,13; 44,4; 45,18; 49,4; ib. 11; 51,2; ib. 11; ib. 22; 52,20; 53,13-14; 57,6; 60,16. mendorum plurima nullus corrector tractavit. neque enim his locis 38,13 τῷ ἀλμῶντι: τῶν ἄλλων τινὶ ALΛ; 45,23 τὴν ὥραν: τὸ ὁρᾶν ALΛ; 60,15*, ubi e mendis

veteribus nova pullulaverunt, ingenii acumen sentitur. illud tantum 53,17 τίνος (sic Λ, sine acc AL) ingeniosus quidam inseruisse videtur de lacuna (scil 16 πότε om ALΛ) miratus. extant in ALΛ aliquot menda e confusione maiuscularum litterarum orta velut 38,13 (supra citatum) scil ΛΛΜ: ΝΑΛΛ; 60,8 γενεθλιαλογοῦσιν: γενέσθαι ἀλογοῦσιν ALΛ scil ЄΘΛΙ: ЄCΘΑΙ; fortasse etiam 57,11 νότιοι: ηστιοι sic L scil NO: HC, unde ἱστίοι A εἴστιοι Λ. exemplar igitur familiae ALΛ e codice unciali qui dicitur textum recepisse verisimile est (vide infra p. LXVII). accedunt scripturae continuae vestigia cf 38,13; 60 et 8 et 15 supra citata et 37,22*; 39,4*; 42,3; 46,1; ib. 12; 51,2-3*; ib. 11; 56,6; 61,5*; 62,9. de familiae ALΛ fonte praeter hunc testium trium consensum duo testes ubi inter se congruunt testimonium dant. vide infra quomodo LΛ contra A faciant, AΛ contra L (p. LVII), AL contra Λ (ib. et p. LVIII) et quibus in locis correctis L et Λ conspirent.

Cum fontem huius familiae tractemus quaerendum est fueritne liber quidam ignotus an ille notissimus Arsenianus saeculi X quem Wernerus Jaeger sagacissime eruit fusiusque descripsit vol VIII, 1 p. 11-18 quemque post eum tot Gregorii operum editores excusserunt. constat codicem L e libro Arsenii descriptum esse; de eadem codicis A origine quam Jaeger pro sua parte certis indiciis probavit nos testimonia proferre non possumus. nihil tamen exploravimus quod plane contradicat. codex autem Λ nunc genuinus nunc correctus tali modo cum L aut L^c congruit, ut eius exemplar proximum de libro Arseniano eoque variis lectionibus ornato dependere arbitremur.

A De propria codicis A indole haec habemus cognita: dependit A ab exemplari cuius verba multa inter se cohaeserunt cf e.g. 36,17 κατ' ἐξουσίαν: κατεξουσιάζων A; 43,8 ἢ μακαριστός τις: ἡ μακαριστότης A; 54,9. confusionem maiuscularum litterarum nescio an indicet 53,24 πότε: τότε A, minusculas potius suspicor ubi A praebet 35,8 ἀπο- pro ὑπο-; 42,10 εὐ- pro ἐν-. ubi scriba A complura verba omisit 42,6-7 et 61,16 seu commutavit retro aberrans 32,19, litterae nunc 32 nunc 15 nunc 77 enumerantur. unde versum exemplaris unumquemque litteris quindecim vel sedecim constitisse puto. ex ceteris codicis A mendis propriis nihil elucet nisi neglegentia librarii. nam A omisit 43,1; 44,2-3; 45,7-8; 47,19; 49,6; 51,19; 62,7, quae LΛ retinuerunt, A corrupit 32,19 bis*; 35,24; 39,19; 40,25; 44,3; ib. 18; 45,2 bis; 47,18; 49,21; 51,22*; 52,8, quae omnia LΛ recte conservaverunt locis signatis exceptis, A erravit in orthographicis ita-

cismo plerumque deceptus 31,10*; 38,10; 40,24; 41,1 bis; ib. 7*; ib. 19; 43,14 (τῷ: τὸ); 47,18; 48,3; ib. 24; 48,27-49,1 (et M); 50,16 (et D); 53,20-21; 54,7* (et M); ib. 9*; 58,2; 59,8; 60,15; 61,13; ib. 18, non item LΛ. sunt pauca in A melius quam in cognatis LΛ servata casu magis quam studio, nisi forte interdum A iam ipse variis fontis lectionibus instructus est cf 33,7*; 34,8*; ib. 16*; 39,9*; 41,15*; 42,11*; 45,7*; 46,12*; 47,19*. praeter ea quae adhuc citavi, A nullam fere ab L vel Λ discrepantiam praebet. in ceteris igitur ubicumque in apparatu critico siglum A leges, eius cognatum aut alterutrum aut utrumque subaudire poteris.

Textum in A corrector coaevus revisit. ad fontem nescio an recurrerit cum 33,3* ἀνίει ex ἀνείῃ corrigeret cum Λ^{c} consentiens. 42,10 ubi super εὐεργοῦντι (sic A) scripsit ετ ut εὐεργετοῦντι legeretur, mendum aggravavit.

L De codice L eiusque exemplari nobili haec possumus proferre: codicem Arsenianum versibus quattuordecim vel quindecim litterarum exaratum fuisse indicant ea quae L omisit 34,16*; 36,3*; 37,22-38,1*; 53,21*. e scriptura exemplaris continuata nonnulli codicis L errores intelliguntur velut 41,3*; 53,16* al. in ceteris L raro peccavit aut variavit. ut graviora enumerem cf 36,22*; 37,2*; 41,19*; 57,15*. L contra AΛ recte praebet 43,7*; ib. 10 (ex corr)*; 45,15*; ib. 23*; 50,25*. vir doctus qui librum Arsenianum in Leidensem transcripsit, etiamsi reliqua ex suo temptare aut restituere potuit, hoc unum certe variae exemplaris lectioni debuit 41,19 ἡμῖν AΛ: ὥρας ἡμῖν L cf S et MP et Ev.

Codici Leidensi correctiones permultae variis modis illatae sunt. eas liceat diligentius investigare. prima manus litteras in scribendo mutavit aut supplevit nonnullas. hoc modo restituit 43,10* cum Λ^{c} consentiens. eadem manus exemplari ni fallor iterum collato lineolas subter verba corrigenda duxit et tenuiore stilo litteras singulas delevit alias superscripsit. qua correctione scriba e.g. consentit cum Λ 33,27*; 34,22*; 59,1*, familiam ALΛ transcendit 37,22*; 48,27-49,1*, solus variat 43,13*; 47,8*. manus deinde altera seu prima ductu mutato, quam L^{c} nominavi, verba in textu simili modo lineolis significans correctiora in margine adhibuit. propria codicis L menda hac ratione raro correxit, saepius cum rectis codicis Λ lectionibus contra consensum AL mendosum consentit cf 33,7*; ib. 13*; 41,3*; 46,16*; 63,9*. cum variis codicis Λ lectionibus conspirat 37,9*; 44,4*. etiam menda totius familiae ALΛ hoc modo sublata sunt cf 47,11*; 54,18*; 59,16*, et cf 37,13*; 43,18*;

60,8* quae L^c cum Λ^c communia habet. ubi L correctus (L^c) cum Λ seu Λ^c conspirat, eum ab exemplari communi i.e. a codice Arseniano variis lectionibus exornato edoctum fuisse opinor. lectiones autem quas L^c solus variavit aut restituit nescio an omnes ad eundem fontem reducendae sint cf 41,18*; 45,18*; 53,24*; 55,2*; 57,19*; ib. 22*; 59,23*; 61,5*. praeter lectiones simplices L^c ut solebat margini ascripsit lectiones amplificatas cf 36,3*; 40,6*; 48,5*; 51,18*; 52,21 (cf Λ)*; 53,13*; 55,25*; 56,1*; ib. 14 (cf Λ^c)*; 59,1*. quas plerasque quidem ex margine codicis Arsenii fluxisse verisimile est. neque scribam exemplaris eas suo Marte coniecisse sed e fonte integriore hausisse suspicor. sunt tamen quaedam, imprimis 40,6* et 51,18*, quas doctrinae recentioris auctoris quam diligentiae veteris assignare maluerim.

Praeter lectiones margini codicis L signa diversa inscripta sunt, de quibus haec conicio: saepe occurrit signum quo errores videntur indicari e.g. 36,7*. his locis raro in margine aliquid emendatum ab L^c adhibetur, cf 36,3*; 53,16*. num scriba hoc signo eos locos notavit quibus remedia nondum invenerat? aliquando occurrit signum menda graviora ni fallor significans e.g. 46,1*. iis saepius in margine L^c correctiora adiecit velut 40,6*; 52,21*; 55,25*. duo signa ad sensum spectant. nam signo exempla ut ita dicam historica indicantur 50,2; 54,17; 61,8; signum apparet ubi Gregorius in astrologiam tamquam diaboli artem invehitur 44,21; 45,9-10; 59,5-6. signo autem animus lectoris ad usum loquendi elegantiorem convertitur e.g. ad 42,14 ἐν τιμίοις νενόμισται; 44,22-23 διὰ φροντίδος εἶναι; 59,5 σπουδὴν ποιούμενοι et ad similia passim. sententiis denique philosophi unciolae in margine adhibentur.

Λ Auctor codicis Λ ut erat doctus in verbis distinguendis raro peccavit praeter 32,22* et 40,7*. singula tantum verba omisit; neque ex 62,12-17 ubi verba ὅπερ—ἐκβησομένων repetivit versus exemplaris exquiri possunt. alia menda occurrunt neglegentia quadam effecta velut 41,22*; 43,1*; ib. 16*, plures autem loci haud inscite sunt variati, imprimis 31,4*; ib. 8*; 34,13*; 36,5*; 37,22*; 39,20*; 40,15*; 41,7*; 51,12*; 61,5*; ex his quid auctori Λ quid eius exemplari attribuendum sit non liquet. sunt autem praeter lectiones proprias aliae nonnullae, quibus de indole exemplaris certiores fimus. apparet enim codicem Λ cognatis suis A et L non solum orthographia passim praestare sed etiam his locis recte redditis 39,4*; 43,19*; 51,2-3* et iis quos supra cum L correcto congruentes cita-

vi. Λ etiam menda ALMP communia vitavit cf 31,7*; 53,18*; 57,15*; 62,10*; ib. 18*; 63,3*. et versus finem Λ cum memoria E his locis 61,15*; 62,3*; ib.*; ib. 5*; ib. 11* conspirat. praeter 31,7* scriba Λ ipse tres locos mutare conatus est litteris superscriptis 32,19*; ib. 20*; 41,4*. quae omnia indicare videntur exemplar codicis Λ proximum variis lectionibus confertum fuisse. neque enim facile credatur scribam Λ ipsum qui stilo fluente textum pulchrum confecit lectiones ex fontibus diversis nunc hinc nunc illinc excerpisse ut mixturam componeret. de huius exemplaris forma corrector quoque coaevus, quem Λ^{c} appellavi, plura nos docet. is enim menda totius familiae ALΛ praecipue correxit. quibus in locis Λ^{c} quinquies cum L correcto consentit (vide supra), cetera Λ^{c} solus restituit e.g. 38,10*; 41,6*; 43,10*; 60,16*, et confer illud optimum 48,24 ἐναργείᾳ quod praeter Λ^{c} et Vindob theol 35 eiusque apographon et Ambros Q 13 sup ceteri libri et manuscripti et impressi omnes usque ad nostrum tempus depravaverunt. praeterea Λ^{c} codicis E lectionem 46,1 arcessivit et alias quas rectas praebet velut 32,13*; 38,23*; 40,15*; 45,18* ex eadem memoria fortasse hausit. sed insuper Λ^{c} lectiones introduxit alibi ignotas cf 45,1*; 60,15*; 62,17*, ut locos difficiles sanaret.

Indolem Λ^{c} inspicientes miramur quod corrector tot lectiones codicis Λ proprias reliquit intactas. id accidere non potuisse videtur si Λ^{c} textum codicis Λ cum variis exemplaribus contulisset. unde conicimus correctorem Λ^{c} nullo libro nisi codicis Λ exemplari usum esse cuius marginalia quae scriba neglexisset acriores diorthotae oculos non effugerent. quod si recte concludimus non licet putare codicem Λ ex ipso codice Arseniano descriptum esse, immo vero Λ e filio Arseniani dependere, quem in librum et variae Arseniani lectiones selectae et aliae aliunde excerptae confluxissent. ad hanc conclusionem ea quoque ratione ducimur quod credere non possumus auctorem codicis L quem diligentia sua in ceteris probata quemque eruditio aetatis suae recommendant tantae fuisse neglegentiae ut omnia quae nunc in Λ extant recta silentio praeteriret.

Subiungo codicum L et Λ lectiones ad praefationem illustrandam selectas.

31, 4 παρ': πρὸς Λ
7 post μὴ add χρὴ LΛ(χρὴ expunx)
8 τότε: ὅτε Λ
10 πολλαπλάσιον LΛ

32,13 δόγματος: πράγματος Λ δογ inser Λ^{c}
19 εἵμαρται recte Λ: ημαρται sic L
ib. αὑτῷ Λ (o sscr)
20 βουλώμεθα Λ (sscr οι)

22 βιάσηται L
ib. ἐγὼ μέν: ἔγνωμεν Λ
33, 3 ἀνείη L ἀνήει Λ ἀνίει Λ^c
7 πάντη LΛ
ib. τόν: τῶν L (corr L^c)
13 παρά τινας L (in mg corr L^c)
27 διισχυρίζεται L (αι del, ο sscr)
34, 8 ἐπανάγκες: ἐπ' ἀνάγκης LΛ corr Λ^c
13 τὸ ante κράτος add Λ
16 verbo δοκεῖς continuavit φησὶν—οὐδὲν sed del L
ib. ἤ: εἰ LΛ in ἢ corr Λ^c
16-17 ἀνέγνως LΛ corr Λ^c
22 ἀφαντάζεται L sed α del
36, 3 verbo προσεγγίζειν continuavit τὸν κατώτερον—ὑπερκείμενον sed del L
ib. ὑπομένειν LΛ in mg 'ὑποβαίνειν forte' L^c
5 εἰ: ἔτι Λ
ib. νότου Λ
ib. ὑπεμβαίνοντος Λ
7 ὁ om LΛ
ib. περιστῆ L (περι(στῆ) lineamento notav et in mg scr notam ☛) Λ
22 αἰτίαν L
37, 2 αἰτίαν L
9 αὕτη: αὐτῆ L (in mg αὐτὴ L^c) αὐτὴ Λ
13 αὐτὴν: αὐτῆς L (in mg αὐτὴν L^c) Λ (corr Λ^c)
22-38,1 ἐν—θεωρουμένου om L (scr in mg)
22 διαφόρῳ δέ: διαφόρως L (ς del) διαφόροις Λ
38,10 post καὶ in mg scr αἱ Λ^c
23 -ϊρναμένη in mg Λ^c
39, 4 τῷ ἐντεθὲν τῆ L in mg τὸ L^c
6 ἐνεχθῆ LΛ
9 ᾗ: ἣ LΛ in mg ἥ (sic) L^c
20 ἔχειν Λ corr Λ^c
40, 6 ad γεγονότας scr in mg 'προάγειν aut ζῆν aut simile quid deesse videtur' L^c
7 οὐ κατακολουθητικῶς Λ
15 τό τε: τοῦτο L τοῦτο τὸ Λ corr in τότε vel τότε τὸ Λ^c
24 εἰ: ἔτι Λ
41, 3 τοῦ τῷ L in mg τοῦτο L^c
4 προσαπτούσης Λ (συνα sscr)
6 τῇ sscr Λ^c
7 βίον: νόμον LΛ
ib. πόσας Λ
15-16 εἰς ἀριθμῶν διαιρέσεις LΛ
18 οἶδα πῶς LΛ
ib. καί: καὶ L in mg ἢ L^c
19 εἰ recte Λ: ἡ L
ib. ἡμῖν: ὥρας ἡμῖν L
22 δύναμιν: μοίραν (sic) Λ
42,11 ἐγγόνοις L (corr) Λ
20 ἡ recte Λ: om L
43, 1 μέτρον: μέρος Λ
7 τὰ recte L: τὰς Λ
10 ἢ εἱμαρμένην Λ^c: ἡ εἱμαρμένη L (ω alt sscr) Λ
13 ἀσθένειαν L (corr) Λ
16 ἐξαλείψειε Λ corr vid Λ^c
18 οὐ: οὗ L (in mg οὐ L^c) Λ (corr Λ^c)
19 οὐδὲν ... ἄλλο L
44, 4 post ἄλλῳ add ἄλλος L (in mg ἄλλως L^c) add ἄλλως Λ
45, 1 τοῦτο in εἰς mut Λ^c
7 θρυλλουμένου LΛ
15 νηὸς Λ
18 ἐπὶ τό: ἢ ἀπὸ τοῦ L (sed del, in mg scr ἢ L^c) Λ (corr Λ^c)
23 εἱμαρμένην Λ corr Λ^c
46, 1 τόπος τεκμήριον LΛ in τὸ πολλοστημόριον corr Λ^c
12 τῆς δέ: τῆς δὲ τῆς LΛ
16 μιᾶ L corr in mg L^c
47, 8 περιαγόμενος in -ον mut L
11 τὸ pr: τοῦ L (in mg corr L^c) Λ
19 πυρόενι τί L (sed ι τί del et super (πυρόε)ν scr τι) πυρῶ ἔνι τι Λ
48, 5 εἰ δὲ om L (in mg scr 'εἰ δὲ deesse videtur' L^c) Λ
48,27-49,1 προσαγορεύουσι L (σ del) Λ
50,25 ἀκοῦσαι Λ
51, 2-3 τοῖος διασχηματισθεῖ, σαπέραν L τοιῶσδε διασχηματισθεὶς, ἅπερ ἂν Λ (distinx Λ^c)
12 ἤ: καὶ Λ
18 post καὶ add ἱστορικαῖς καὶ L (in mg scr 'περσικαῖς forte' L^c) Λ
22 λέγοιτο LΛ
52,21 τό: τῷ L (in mg 'τὰ forte' L^c) τὰ Λ
53,13 ad οὐ in mg scr 'οὖν fort' L^c
16 τὴν ἠιτὴν L ἠ- in ras scr, in mg νηιτὴν L
18 ἀπάγει L
21 συνισταμένων ποῖον ἀναθήσει χρόνον om L sed scr in mg

24 πότε αὐτῆς L   αὐτῶν scr in mg L^c
54, 3 ἐπάγωσι Λ (in -ου- corr vid)
7 καθ' αὐτῶν L   καθ' ἑαυτῶν Λ
9 ἀννιβαλ ἤ (sic) L(ἤ eras) ἀννίβαλον· ἤ Λ (corr Λ^c)
18 ἤ: εἰ L (corr in mg L^c) Λ
55, 2 δὲ: διὰ L (in mg διὸ L^c) Λ (corr Λ^c)
25 post οὐχ scr notam ∧ et in mg scr 'κατὰ forte deest' L^c
56, 1 ad γενέσθαι scr notam ∧ et in mg scr 'λεκτέον ἐστὶ aut simile quid deesse videtur' L^c scil 56,2 τὰ τοιαῦτα συμβαίνει om ALΛZEv
ib. γενέσθαι in γίνεσθαι corr Λ^c an propter clausulam?
14 ἐπεὶ: ἐπὶ L (in mg scr 'ἐπεὶ fort' L^c) Λ (corr Λ^c)
57,15 ὥσπερ L
19 ἀνάγκην: λώβην Λ om L
ib. τισὶ: φησὶν L (del et in mg scr φύσιν L^c) Λ
22 post ὁ δεῖνα sscr notam ∧ et in mg scr ὅτι L^c
59, 1 εἶναι: εἰν L (in mg 'εἶναι forte vel ἐστί' L^c)   ἦν Λ
ib. post ἂν add ἤ L sed del
16 οὐ ἀλλὰ L (in mg οὐ L^c) Λ   ἀλλὰ in ἃ mut vid Λ^c
23 τῆς ante κατὰ add L   in mg scr τὴν L^c
60, 8 γενέσθαι ἀλογοῦσιν L (corr in mg L^c) Λ (corr Λ^c)
15 μήτε ἐπιστήμη μήτε L   μητ' ἐπιστήμη μὴ Λ   μὴ τῇ ἐπιστήμῃ ἢ Λ^c
16 λέξαι LΛ (corr Λ^c)
61, 5 εἶτα ἐν ἐξαισίοις: ἵνα ἐν ἔξεσιν οἷς L (ἔξ(εσιν) del pro εσιν οἷς scr in mg αἷς L^c)   ἵνα ἐν ἔξεσιν ἢ Λ
15 συνεργία Λ
62, 3 ἐξώδη L ἐξωδηκέναι Λ
ib. ἐποίει Λ
5 εἰργάζετο Λ
9 δαίμονι ἀκατοχώχῃ L δαιμονία κατοχῇ Λ
10 καθ' ὅλου ἃ L
ib. προαγορεύουσιν L
11 ἀποδείκνυσι Λ
17 καὶ del Λ^c
18 ταύτης καὶ om L
63, 3 τὰ om L
9 τοὺς: τοῖς L   corr in mg L^c

Mon. 47 Restant ex hac familia duo apographa. e codice A codicem Monacensem 47 Joannes Murmureus in usum concilii Tridentini patrum a.D. 1551 Venetiis fideliter descripsit. menda exemplaris sui omnia repetivit, propria intulit pauca. versus exemplaris totos omisit, e.g. vers 4 (ab inf) fol 184v cod A = 61,3-4 (περιφανέ)ς τε καὶ—κατανοή(σας). verba omissa sive Murmureus ipse sive alius quidam eodem exemplari usus, ut docet 61,4 ὁ et in A et in Mon 47 omissum, in margine adscripsit. e mendis quibus memoria A scatet pauca in Mon 47 inter lineas aut in margine sunt emendata, permulta autem signata sunt ab interprete, ut opinor, cui Monacensis 47 exemplari fuit. de quo vide ad editiones impressas.

Vat. 116 Textum Vaticani 116 usque ad p. 46,15 e codice Λ correcto recta via derivatum esse plane apparet. nam Vatic 116 a codice Λ non discrepat nisi his locis: 35,13 φησὶ post τοιαῦτα coll Vatic116; 39,13 super ἀρρωστίας (ut Λ) scr ναγχαίας man alt; 42,20 τῆς ζωῆς om Vatic116; ib. ἰσχὺς Λ: δύναμις Vatic116; 43,13 vide infra; 45,18 κινήσεως recte Vatic116: κινήσε (super ε scr τ) ὡς Λ cf L = A. perpaucas corruptelas minores quibus nescio an forma exemplaris causa

fuerit praetermitto. id autem maxime valet ad exemplar probandum quod Vatic116 omnia quaecumque Λ^c et Λ ipse ad textum corrigendum attulerunt diligenter accepit praeter 38,23 συμμεταχρινομένη Λ (super ο legitur υ) unde συμμεταχρινουμένη Vatic116, sed ϊρναμένη Λ^c in marg, et praeter 43,18 οὐ: οὖ Λ Vatic116 sed οὐ Λ^c. quanto iudicio librarius codicis Vatic116 exemplari suo, codice Λ correcto, usus sit bene cognoscitur ex 43,13: ἀσθενεῖν: ἀσθένειαν AL (sed corr) Λ et Vatic116, sed τὴν εἱμαρμένην pro τῶν εἱμαρμένων ipse excogitavit Vatic116 et δύναμιν pro δύνασθαι ex Λ^c sumpsit Vatic116.

Inde ab 46,15 librarius codicem Λ relinquens codice E exemplari usus esse videtur. id enim apparet etsi non certis indicibus aliis tamen e textuum concordantia. nam Vaticanus 116 ab E vix semel discrepat his locis exceptis: 48,8 ἐπέχλωσεν: ἐπεχλήρωσεν; 51,11 add τῶν ante σοδόμων; 54,9 ἀννιβάλη E om Vatic116 spatio relicto; 59,11 add τὸ ante γένος; 60,11 τὰ om; 62,16 δοχεῖν recte Vatic116: δοχεῖ E. librarius igitur hoc alterum exemplar etiam religiosius depinxit quam primum, ubi fortasse lectionibus ab Λ^c illatis adductus erat ut ipse corrigeret. exemplaribus codicis Vaticani 116 cognitis pro certo habemus codices Λ et E saeculo XIV in uno eodemque loco conservatos esse.

De familia MP

M	codex Ambrosianus graecus C 135 inf. membranaceus saec. XI foll. 229-247v
W	codex Vindobonensis theologicus graecus 42 chartaceus saec. XII foll. 189-198
P	codex Vaticanus graecus Pii II 4 membranaceus saec. XI foll. 283v-299v
Ambr Q14sup	codex Ambrosianus graecus Q 14 sup. chartaceus a.D. 1487(-1489) foll. 445v-460v
Vat 445	codex Vaticanus graecus 445 chartaceus saec. XVI foll. 115v-121v
Lips 13	codex Lipsiensis Bibliothecae Universitatis graecus 13 chartaceus saec. XIV foll. 26v-34
Ambr Q13sup	codex Ambrosianus graecus Q 13 sup. chartaceus ex parte saec. XVI foll. 320-329v

Familia MP non solum ex uno eodemque fonte atque familia ALΛ textum accepit sed etiam simili ratione memoriam tradidit. nam in ipso quoque codicum MP consensu (quibuscum faciunt ceteri libri quos modo enumeravi) invenimus menda e confusione

maiuscularum litterarum orta e.g. 38,23 ἑτερότητος: στερρότητος scil C pro Є; 42,6 λήξεως: μίξεως scil MI pro ΛΗ; 47,14 ἀνειλούμενον: δηλούμενον scil Δ pro Α; 51,7 ἐπικλύσεις: ἐπικαύσεις scil Α pro Λ. vocabula nonnula omissa sunt velut 43,6; 44,10-11 (27 litt), mutilata sunt e.g. 46,19; 54,21 aut alio lapsu corrupta ut 32,16; 38,12. doctior aliquis textum non temptavit (neque enim 32,17 ὅτι neque 43,13; ἀσθενῆ inter coniecturas ingeniosas numeres.) quae cum ita sint, eandem aetatem, prope transcriptionem scilicet, quam primae familiae huic alteri quoque familiae MP ascribimus. sed apparet familiam MP textum neglegentius tradidisse. nihilominus in ea sola recte leguntur 34,12 τὸν τὸ; 40,19 ἐνὶ MP: ἐν AL (ex εἰν! corr) Λ SD ἐν ἐνὶ Ev; neque 57,19 φησὶ sine discrimine omissum esse videtur. de familiae MP cum altera classe congruentia vide infra p. LXXVII.

Codices huius familiae antesignani M et P quorum uterque diligenter exaratus atque cum cura correctus est textum exemplaris vix mutaverunt. de iis nil habeo quod addam nisi quod attinet ad locos

M correctos. textum in codice M complures manus correxerunt quas cum haud facile perspicerentur in imaginibus hac ratione distinxi: manui primae (M) adscripsi omnia quae librarius apographi W agnovit etsi praeter scribam codicis M ipsum diorthota vel alius vir contemporaneus auctor esse potuit. siglo M^2 usus sum ubicumque in ceteris locis litterae singulae aut inter aut in lineas stilo rigidiore quo vetustior scribendi modus indicatur insertae sunt. reliqua et recentiora et neglegentiora siglo M^3 comprehendi. manus prima ad 45,12 explicat quae differentia sit inter sidera et astra, manus tertia (eadem quae 45,1 restituere conatur) ad 32,3 κωνσταντίνου scribit τοῦ ἀποστόλου τοῦ χριστοῦ· manus omnium diversa titulum denuo inscripsit quem barbarus ille qui totum librum ornamentis spoliavit in nostra quoque parte exsciderat.

W Apographon codicis M fidele quod supra memoravi est codex Vindobonensis theol. gr. 42. eum adhibui ubi M nos deficit.

P Ex codice P bene discimus quanta diligentia fuerint librarii saeculi XI cum opus pretiosum vellent expromere. nam per totum librum diorthota in margine adnotavit emendata quaedam stilo atque atramento tenuiore, quibus admonitus scriba ipse quaecumque peccaverat restituit. et tantam in corrigendo curam adhibuit peccator ut ne rasuras quidem facile discernas. correctorem autem nullum aliud atque exemplar codicis ante oculos habuisse manifestum est. sunt praeterea aliquot signa in margine P adscripta ma-

nibus ut videtur diversis, quorum unum (⁒) inter lineas iteratum apparet supra verba 41,9 ἀχαρεῖς; 42,13 ἐπίτιμος; 52,2 ἐξεχούσαις; 53,13 ἄντλον; 61,14-15 διασημότερον; 62,3 ἐξώδη, de quibus praeter ultimum ceteri testes non dubitant.

Ambr. Q14 sup Vat. 445 Duo codicis P apographa extant eaque in hac Gregorii operum editione saepe laudata: codex Ambrosianus Q 14 sup et codex Vaticanus 445. Ambrosianum scripsit Michael Suliardus monasterii quod νέα vocatur Sancti Danielis monachus Naupliensis. is munere fideliter functus est. haud similis ingenii fuit ille qui Vaticanum exaravit. vir eruditus laborem depingendi patienter non tulit neque oculis suis magis confidebat quam menti qua lectiones praecipere solebat. quae hac ratione mutavit, ea hic illic restituit, pleraque autem reliquit mutata. ut pauca pro multis proferam cf 33,4 pro ἑκάστω τῶν ὄντων scripsit πάντων τῶν ὄντων sed πάντων delevit ἑκάστω in margine adiecit; 35,8 pro ἐργάζεται scripsit κατεργάζεται; 42,18 pro διαχειριζόμεναι scripsit διαμεριζόμεναι. in grammaticis vix semel peccavit, immo nonnullos exemplaris errores expulit. sed litteras consonantes duplices hic illic reddidit singulas. cum in scribendo festinaret, aliquot vocabula omisit imprimis ea ex quibus in P versus initia capiunt.

Lips. 13 Ambr. Q13 sup Ex memoria MP duo codices recentiores, Lipsiensis 13 et Ambrosianus Q 13 sup textum receperunt ita tamen, ut complura rectius quam MP et pauca rectius quam ALΛMP redderent nunc communiter nunc separatim. quibus in lectionibus rectis nonnumquam cum M correcto conspirant. apparet igitur et Lipsiensem et Ambrosianum ab exemplaribus pendere quae emendationibus conferta erant. ex iis locis qui in Ambrosiano vel in Lipsiensi omissi sunt concludi potest utriusque exemplar binis columnis lineisque 15-17 litterarum (Lips) vel 14-16 litterarum (Ambros) fuisse exaratum. cum inter Lipsiensem et Ambrosianum praeter similitudines huiusmodi nulla cognationis angustioris ratio intercedat—consentiunt enim duobus tantum locis propriis 32,3 τοῦ: τῇ et 49,12 τοι: τι quibus nil probatur—exemplar intermedium iis addici non licet.

Lips. 13 Codici Lipsiensi, libro sine ulla speciositate, manus latina saeculi XIV subscripsit nomen possessoris 'Hugo par la grace dieu roys de Jerlm et de Chipres' (sic). rex huius nominis quartus a.D. 1324-1359 regnavit. libellus Contra fatum extat inter libros De anima et resurrectione et In inscriptiones Psalmorum hoc titulo peculiari inscriptus: γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης πρὸς θεόφιλον

ἀλεξανδ(ρείας) περὶ εἱμαρ(μένης). quae inscriptio utrum vetustam memoriam conservaverit an errorem patefaciat (ei similem de quo W. Jaeger disseruit vol. VIII, 1 p. 148-149) non scio. unum adhuc opusculum novimus quod Gregorius Theophilo Alexandrino dicavit, tractatum Adversus Apolinaristas. qui tractatus in Lipsiensi quidem non extat, sed in codice M (et W) libellum Contra fatum praecedit. neque abest suspicio quin nomen Theophili in libro simili ratione composito quondam ab inscriptione vel potius subscriptione praecedente (nota bene usum veterrimum!) in inscriptionem consequentem inciderit.

Codex Lipsiensis a viro erudito qui hiatum vocalium elisione vitare solebat neque multum itacismo indulgebat crebris compendiis scriptus est. ubi ab ALΛMP vel MP discrepat, lectiones aut rectas praebet (e.g. 44,10-11 τινος—οὐδὲ Lips: om MP AmbrQ13sup) aut stricte proprias, nisi casu quodam in idem mendum atque alius incidit, sed certe a memoria E accepit 46,1 πολλοστημόριον (cf M^2), indidem fortasse etiam 48,25 ὄντων: ὅλων; 49,22-23 χαίρειν ἀφέντες coll; 54,1 σπουδαζομένοις. propria quae Lipsiensis praebet partim docto cuidam debentur partim homini mirae neglegentiae. ille rectius quam ceteri scripsit 53,21 ἀναθείση (sic). variavit e.g. 35,1 ἐνθεωρουμένων: εἰρημένων; ib. 18 ταύτην τὴν: τὴν τοιαύτην; 41,11 διηρημένης καὶ add ante μεριζομένης; ib. 23 κατασκευάζεται καὶ add ante δισχυρίζεται; 43,15 ὀλιγόβιον: ὀλιγοχρόνιον et multa similia. hic litteras compendiaque exemplaris sui recte non discernens neque omnino sensum respiciens scripsit e.g. 32,1 τῇ τιμίᾳ κεφαλῇ pro ὦ τιμία μοι καὶ ἱερὰ κεφαλή; 40,18 κίνησιν pro κρίσιν; 43,27 βάλλεται pro βούλεται; 44,18 φύσις pro φῄς; 49,4 παρθενίας pro πενίας; 56,16 δοῦλον pro δῆλον; 60,5 παλαιῶν pro παλμῶν et permulta alia huiusmodi. huic viro cetera quoque menda quibus Lipsiensis scatet tribuo, illi autem fortasse scholium debetur quod ad prima philosophi verba (p. 34,23sqq) librarius in margine adiecit, quo scholio doctus quidam sententiam philosophi ex Gregorii versibus 35,14-16; 38,6-10; ib. 25-39,13 et 15 comprehensam lectori breviter adumbravit. lectionum memoria eadem fere in textu atque in scholio invenitur.

Ambr. Q13 sup Codex Ambrosianus a manibus diversis exaratus continet opuscula de scientia naturali seu de arte magica, de astrologia et astronomia ab auctoribus antiquitatis mediaeque aetatis conscripta. quibus operibus hic unus Gregorii libellus adiunctus est eo modo ut in fasciculo paenultimo (quinione μ̄δ̄) textus usque ad p. 50,24

πρό(ρρησιν) patet, fasciculus autem ultimus (quinio με̄) usque ad sextum folium vacuus est (ff. 330-335v), deinde nomina aliquot Romanorum regum magistratuumque inscripta continet. textum Gregorii quoad extat unus scriba, saeculi XVI ni fallor, exaravit folio 234v excepto quod collegae suo exarandum commisit cum ipse media in voce 40,20 ἀμ(φοτέροις) munus delegaret mediaque in voce 41,12 (τμη)μάτων rursus susciperet. unde suspicor eum post folium 329v absolutum a socio suo cui confideret destitutum esse. neque rubricator munere suo functus est qua de causa et titulus et littera initialis (M) desiderantur.

Ambrosianus textum initio ab omnibus fere mendis memoriae ALΛMP vel MP purgatum praebet sed inde ab p. 34,22 memoriam MP magis magisque sequitur ea de causa, ut opinor, quod exemplaris diorthota industriam corrigendi paulatim remiserat (cf quae H. Langerbeck vol. VI p. XXVI et O. Lendle op. p. CLXVIII cit. p. 71 de usu contaminandi explicaverunt). Ambrosianus cum aliorum mendis non nisi casu congruere videtur e.g. 34,19 καὶ pr om ut A; 43,28 δύναται—βούλεται om ut P homoeoteleuto deceptus. multis mendis propriis scatet: omisit verba singula, omisit complura, alia seu itacismo seu neglegentia depravavit. verba male distinxit cum scriberet 45,4-5 προαιρέσεις ζώντων pro προαιρέσει συζώντων et 43,8 ἡ μακαριώτης (cf A) ἡ ἀθλιώτης (sic) pro ἤ μακάριστός τις ἤ ἄθλιος mendum vetus in deterius corrigens. sed alia in Ambrosiano reperiuntur haud inepte variata e.g. 32,22 post ταῦτα add δὲ; 38,2 φαρμακείας: θεραπείας; 44,15 post ἀποκληρωθῆναι add καὶ; 45,13 δὲ: γὰρ. et recte in eo leguntur 32,14 ἐπειδὴ δὲ; 48,24 ἐναργεία.

De exemplari ALΛMP eiusque cum Anastasii Sinaitae excerptis cognatione

Liber ille qui utrique familiae exemplari fuit, e crebro codicum ALΛMP consensu (quibuscum subaudi Lips et AmbrQ13sup) cognoscitur. textus exemplaris variis modis foedatus erat. veterem scribendi rationem nescio an indicent 36,8 ἄστρον: μέτρον ALΛMP (an AC in MЄ versae?); 44,17 ὅσιον: θεῖον ALΛMP (num OC in ΘЄ depravatae?). bis verba recte non distincta sunt 41,18 et 55,1. lapsus calami occurrunt e.g. 37,16; 48,12; 53,18; 55,2, lapsus mentis e.g. 37,18; 38,23; 40,15; 45,12. omissa sunt nonnulla vocabula, praecipue minora, sive tota sive ex parte; maximum damnum attulit 62,18 ταύτης καὶ om ALMP (habet Λ). sermonis elegantia evanuit e.g. 34,21 τινὶ: τῇ ALΛMP; 41,18 οἶδ' ὅπως: οἶδα πῶς ALΛMP;

49,15; 50,2 οἷον δή: οἷόν τι ΑLΛMP. voces notiores atque vulgares iis quas Gregorius subtiliter excogitavit apteque adhibuit substitutae sunt 45,21; 48,18; 56,11; 63,4. quocumque emendator accessit, plus damni afflixit quam abstulit cf 37,16-17; 39,4; 45,18; 48,6 al. per longum igitur traditionis spatium textus huius memoriae nunc neglegentiam nunc inscientiam scribarum passus esse videtur. ex eo quod corruptelae quae scripturae unciali debentur in hoc fonte communi vix conspiciuntur sed crebrae inveniuntur in utroque familiarum fonte, concludimus fontem ALΛMP ante aetatem quae dicitur transcriptionis extitisse, fontem ALΛ et fontem MP post eam exaratos esse. haec nostra de exemplaris ALΛMP aetate sententia testimonio confirmatur quod excerpta vetera afferunt. de iis nunc agendum est.

Anastasius qui Sinaita nuncupatur e Gregorii libello aliquantum excerpsit ut quaestionem nonam decimam, de fato scilicet, solveret. quaestiones Anastasii Jacobus Gretser Ingolstadii 1617 edidit, quem textum Migneus Parisiis 1860 in volumine LXXXIX Patrologiae graecae repetivit (coll. 513-517). cum fons quo Gretser usus est—utrum unum an plures libros Vaticanos manuscriptos inspexerit, non liquet—memoriam male conservaverit, nos ab aliis bibliothecae Vaticanae codicibus vetustis auxilium petivimus. contulimus Vaticanum graecum 423 saeculi X (foll. 200v-202v), Vaticanum graecum 1582 saeculi XI (foll. 61-62), Vaticanum graecum 488 saeculi XII (foll. 233-235), quorum unusquisque Quaestiones Anastasii comprehendit. (eliminavi codicem Reginae Suecorum gr. 46 saec. XV-XVI qui quaestionem XIX foll. 119v-121v inclusam continet erroribus scatentem.) quibus in libris veteribus textus apparet multo melior atque nostro similior quam ille qui usque ad hoc tempus in libris impressis legitur. de textu graeco loquor, nam versio latina quam Gentianus Hervetus fecit e libro bonae memoriae originem duxit, id quod Gretser mirum in modum aut cognoscere non potuit aut agnoscere noluit (cf o.c. praef. f. [7]).

Anastasius e Gregorii libello suum in usum excerpsit p. 48,26 εἰ—49,4 κακὰ; 49,19 ἐγὼ—50,11 ἐκλύουσα; 51,5 τί—52,19 διελέγχεται, eas scilicet partes quibus argumentum acutum et evidens contra Graecos nancisceretur. prudenter cumulavit exempla quae semper facile comprehenduntur, omisit argumenta difficiliora ne auditores fatigaret. textum reddidit haud multo a nostro diversum cf omnia quibus Vaticani 423, 1582, 488 discrepant (erroribus singulorum propriis neglectis): titulus (τοῦ νύσης ἐκ τοῦ) περὶ εἱμαρ-

μένης; 48,26 post ἀκρίβειαν add φησὶ; 48,27-49,1 post προαγορεύουσιν add οἱ ἄστερες; 49,3 καὶ ante τὸ ἔμπαλιν om; ib. 20 add τὰ ante Γαληνοῦ; 50,2 οἷον δὴ: οἷόν τι cum ALΛMP; ib. 5-6 παρόντα τὸν θάνατον: παρατὸν θ. Vat. 423 παρὰ τὸν θ. Vat 488 τὸν θ. Vat 1582 scil παρόντα in παρὰ corrupt in archetypo codicum Vatt; ib. 10 post ἀνάγκην add αὐτῆς; 51,5 τί οὖν εἶπον: τί δὲ καὶ; ib. 9 post πόσα add μὲν; ib. 10 χρόνοις om; ib. 21 ἂν om cum omnibus codd praeter ZM³; 52,1-2 Βιθυνίας—ἐναρίθμιον: Βιθυνίαν; ib. 4 ὁ et pr et alt om; cf ὁ alt om omnes praeter D; ib. ἐν ἀκαρεῖ: ἐπακαρί cf ἐπ' ἀκαρεῖ MP ἐπακαρία ALΛ. his locis distinguere possumus primum ea quae excerptor consulto mutavit ut partes introduceret explicaret inter se connecteret: 48,26; 48,27-49,1; 50,10 (contra clausulam); 51,5. consulto mutavit etiam 52,1-2. qua ratione Anastasius vel quidam Anastasii aetate maior famam Nicomediae minuerit nescio nisi ut exemplum remotius suo tempori adaptaret. deinde distinguimus ea quae Anastasius variavit cum stilum respiceret: 49,3; 51,9; 52,4 et fortasse 51,10 quod valde adridet. restant postremo ea quae ante Anastasii aetatem quaeque post eam corrupta sunt scil 50,2; 51,21; 52,4 ὁ pr om; ib. (ἐπακαρί) et 49,20; 50,5-6. ex 50,2 apparet Anastasium cognato quodam codicum ALΛMP exemplari usum esse. si licet e partibus ad totum transcendere, ex Anastasii testimonio concludi potest fontem ALΛMP e quo Anastasius pendet ante saeculum VIII extitisse eumque si non omnibus mendis quae in ALΛMP inveniuntur at certe nonnullis affectum fuisse. ante hoc tempus igitur ceterorum testium fontes ab hac memoria iam separati sunt. sed de stemmate codicum hyparchetyporum infra, nunc ad testes primae classis singulos E et S quorum uterque manum doctam expertus est describendos progrediar.

De codice S

S codex Vaticanus graecus 1907 chartaceus saec. XII ex. vel XIII in. foll. 50-51v

Z codex Vaticanus graecus 1433 membranaceus saec. XIII foll. 124v-133v

S In codice S, volumine illo ingenti nunc in duas partes diviso, quo omnes fere Gregorii opera saeculo XII nota doctus quidam collegit, liber de fato olim integer extiterat inter libellum contra Manichaeos (PG 46 coll 541-542) spurium, re vera Didymi Alexandrini, et Epistulam canonicam insertus. sed tria folia post primum et quin-

quagesimum eo tempore cum codicis compages laxatae sunt exciderunt, quorum duo alteram libri de fato partem continentia omnino perierunt, tertium quo Epistula canonica incipit inter ultima codicis folia agglutinatum nunc f. 303 numeratur. textus igitur noster in codice S inde ab p. 46,10 τοῦ μὴ deest. auxilium nobis affert codex Z qui ex codice S integro fideliter depromptus est. a codice Z iis quoque locis remedium petimus ubi scriptura in S nimis detrita non iam cognosci potest.

Textus quem in S eiusque apographo Z legimus paucis mendis propriis laborat. ubi reperis lapsus calami 42,13; 47,18; 62,6 lapsusque mentis 43,24; 53,2; 58,10, verba omissa 46,16; 55,16; ib. 20 et ceteros huius generis errores, numquam offenderis depravatione sententiae, et quaecumque addita sunt aut mutata e.g. 38,1; 39,21; 41,19; 46,1 (διὰ τῆσδε) eruditionem auctoris patefaciunt. sed facile non perspicitur quae ratio inter S et ceteros primae classis testes intercedat. nam S alias lectiones cum ALΛ alias cum E communes habet. cum de textu contaminato diiudicandum videatur opinamur auctorem S doctum quas lectiones meliores esse putaret eas aliunde sibi ascivisse, quas corruptas praeberet eas in fonte suo invenisse. qua ratione supposita textum S e memoria ALΛ sumptum, e memoria E emendatum esse verisimile videtur. vide quomodo S cum ALΛ congruat e.g. 41,15-16 ἰσαρίθμῳ διαιρέσει: ἰσαριθμῶν διαιρέσεις A εἰς ἀριθμῶν διαιρέσεις LΛ εἰς ἀριθμὸν διαιρέσεις S; ib. 19 nihil ante ἡμῖν add ΛΛD: add ὥρας L ὡς ὁρᾶς S; ὡρῶν MP μοιρῶν E; 46,1 τῆς: τῆς δὲ ALΛ διὰ τῆσδε S; 48,25 τετηρηκόσι S cum A(-ρι-)LΛ. confer S cum E facientem e.g. 36,13; 38,16; 40,5; 44,22 (et D); 48,1. attamen id obstat, quominus in hac explicatione quiescamus, quod S quamquam cum ALΛ tot locis conspiret, a mendis memoriae ALΛMP semper fere liber est exceptis 38,1; 62,3; ib. 10. an fieri potuit ut S sive ex fonte classis sive ex fonte intermedio una cum E deveniens lectiones cum E communes ex hereditate acciperet? quod si acciderit coniciendum est lectiones pravas aut codicem S e ALΛ derivasse aut codicem Arsenii sua aetate ex eadem memoria peculiari mutuasse unde tribus saeculis post codex S descensurus erat. sin S ex proprio fonte devenisse opineris, cuius originem perspicere non possumus, codicem S lectiones aut ab utraque parte sibi arcessisse aut in utramque memoriam distribuisse putandum est. utcumque res se habet, constat auctorem S textum omnium fere optimum praebere.

Z De codice Z pauca adiciam. eum e codice S ad verbum descrip-

tum esse ut ceteri editores ita nos confirmare possumus. 33,14-16 unum codicis S versum (fol. 50 lin. 3) totum inde ab ἐν ἑκατέρῳ usque ad παρ' ἐκείνης Z omisit. textus in codice Z partim a scriba ipso partim a contemporaneo (Z^2) correctus est. alter ille sagacem se praebet 33,22 ubi Z cum S post προσετίθει, Z^2 autem post ἐξάπτων contextum distinxit. scriba ipse duo scholia margini adiecit in ea parte ubi codex S iam deficit, unum ad 48,12 quod praeter ultimam vocem κάρκινος evanuit, alterum ad 57,17: λώβην τὴν ἑπταήμερόν φη⟨σι⟩ περιτομήν. cum scriba Z exemplar suum maxima diligentia repetiverit, non dubito quin haec quoque ex S deprompserit.

De codice E eiusque assecla Vindobonensi

E	codex Vaticanus graecus 446 membranaceus saec. XII foll. 2-16, unum fol. non num., 17-23
Par 503	codex Parisinus graecus 503 chartaceus saec. XIV foll. 430v-441
Vat 116	codex Vaticanus graecus 116 chartaceus saec. XIV foll. 162-165v
Vind theol 35	codex Vindobonensis theologicus graecus 35 chartaceus saec. XIII foll. 1-2v
Lond O.R.16D XI	codex Londinensis Musei Britannici graecus Old Royal 16 D XI chartaceus saec. XVI foll. 267-275

E Codex E, qui menda neque cum fonte ALΛMP neque cum familiis ALΛ aut MP communia habet neque cum codice S ex fonte proprio fluxisse pro certo haberi potest sed una cum illis contra alteram classem facit, ad ipsum primae classis fontem reducendus videtur. quantae auctoritatis memoria stirpis E fuerit, non solum codices Λ qui lectiones ab ea mutuavit et fortasse S sed etiam libri saeculi XIII et XIV testificantur qui ex ea originem duxerunt.

Codex E olim fuit monasterii τῶν κελιβάρων secundum inscriptionem saeculi ut opinor XIV quae in folio secundo (olim primo) legitur, saeculo XV libri possessor fuit Paulus II pont. max. (1464-1471) quem manus recentior in folio praefixo (nunc primo) laudavit. eidem folio praefixo manus recentior indicem inscripsit. in codice E cui permulta Gregorii opera insunt libellus Contra fatum primum locum tenet, sequitur libellus De infantibus. opusculo nostro nomen auctoris hoc modo inscriptum est τοῦ αὐτοῦ γρηγορίου ἐπισκόπου νύσης. cum illud τοῦ αὐτοῦ inscribi non soleat nisi aliud eiusdem auctoris opus praecedit, in codice E autem

nullum ante nostrum olim extitisse manifestum est—probant enim et ornamentum principale et numeratio fasciculorum quaternionum—haec inscriptio sequentiam exemplaris integriorem indicare videtur. indolem exemplaris hi quoque loci patefaciunt 32,6 ἀκατασκεύῳ τῷ: ἀκατασκευάστω E; 34,2; 39,17 ἐπιρρεόντων: ἐπιρρεῖν τῶν E; 45,15 ἀκαριαῖα: ἀκαρῆ διὰ E; 54,1 ἢ ὅτε: πότε E. exemplar igitur si non ipsum e codice unciali textum acceperat vestigia certe transcriptionis conservaverat. praeterea hic illic lectionibus variis inculcatum fuisse videtur cf 40,19; 47,13. quod ad coniecturas, sunt quibus loci corrupti corruptiores reddantur sed plurimae ingenio sagaci debentur cf e.g. 39,17 supra citatum, ubi scriba E corruptela cognita pro 16 τῶν scripsit τῷ ut infinitivum connecteret; 41,19; 45,1 τοῦτο: πῶς E bene; 62,3 vide app.: ἐξωδηκυίαν E. manus correctoris E^2, eadem de qua A. Spira vol. IX p. 350 agit, occurrit 33,22; fortasse eadem litteras erasit 31,6 et 33,24 (ubi erasum puto ἢ φιλο falso iteratum. nam scriba nonnulla iterare solebat praecipue cum transiret ad lineam sequentem. talia in app crit non laudavi). manus tertia 51,21 post παρέρθωμεν πάντα (sic) obelum circumpunctatum superscripsit (⁒). margini praeter animadversionem ση quam lector recens ad 58,15 adhibuit nihil inscriptum est.

Par. 503 Ex codice E codicem Parisinum 503 descriptum esse pro certo habeo. nam Parisinus cum aliis non fecit sed omnes Vaticani lectiones repetivit perpaucis exceptis huiusmodi 32,7 τοῦ: τὸ E τῷ Par; 39,16 τῷ E τὸ ex τῷ Par; ib. 20 ἔχων E ἔχον ex ἔχων Par; 54 et om 3 ἢ et sscr ὅταν post 4 ἢ pr Par; ib. 1 ἢ ὅτε recte Par (ἢ in ras scr); 59,11 ὄντος recte Par; ib. 24 ἐπετέχθη E ἐπετάχθη Par; 63,10 τὴν habet Par om E. quas emendationes vir doctus sua sponte intulit. cavit prudenter ne voces in E iteratas repeteret praeter 59,17 αὐτὸν αὐτὸν, omisit 59,24-60,1 κατὰ—εἰρημένων quibus verbis unus codicis E versus completur (fol. 21 lin. 22), omisit 61,7-8 καὶ—ἐστὶν fortasse consulto.

Vat. 116 Alterum codicis E apographon ex parte est codex Vaticanus 116 quem iam supra p. LXII excussi. e lectionibus nunc Vaticano 116 nunc Parisino 503 propriis clare cognoscitur alterum de altero non pendere sed utrumque recta via ad codicem E recurrere.

exemplar Morelli Tertius liber ex codice E derivatus est ille qui editioni principi Morellianae exemplari fuit. liber nunc deperditus ad E proxime accessit, neque cum Vaticano 116 neque cum Parisino 503 contra E conspiravit. cuius de indole vide infra p. LXXXIII.

Vind. theol. 35 Memoria denique codicis E in textum decurtatum descendit quem codex Vindobonensis conservavit. de indole Vindobonensis quem imprimis Wernerus Jaeger (vol. VIII 1 p. 36-37) et Fridericus Müller (vol. III 1 p. XXVIII) excusserunt haec nobis liceat addere. Vindobonensis fuit olim ultima libri amplioris pars, duo senionum fasciculi quorum alter externis foliis quattuor amissis nunc quaternionem tantum complectitur. insunt his viginti foliis quinque, ni fallor, Gregorii opuscula decurtata et octo integra. ea quae decurtata sunt numerorum notas prae se ferunt: De fato (nota evanuit) De instituto (μς´) Contra fornicarios (μζ´) Ad Ablabium (μη´) Adversus Graecos de comm nott (μθ´). ea quae sequuntur ex diversis fontibus acquisita sunt: In laudem Basilii fratris oratio (et ipsa numeri nota (ν´) signata), De mortuis, Ad Simplicium, Vita Macrinae (duobus foliis amissis usque ad dimidium fere mutilata), De infantibus, Epistula III, Ad Eustathium, Epistula Canonica (mutila, quoniam dimidia folii 20 pars excisa est et 20v scriptura vacat). in magno igitur libro cuius pars ultima Vindobonensis restat fortasse permulta Gregorii opera decurtata infuerunt, pauca in calce adnecta integra. (de amplitudine huius libri numeratio quoque testimonium dat et vetustior fol. 12v inf inscripta (μΗ) et recentior qua foll. nunc 1-12 olim 159-170 enumerabantur.) auctor codicis Vindobonensis opera decurtata omnia descripsit ductu aequali et simili modo unicuique titulum inscriptsit, reliqua autem opera ductu vario exaravit ut facere solet is qui post temporis intervallum nunc hunc nunc illum librum ad transcribendum nanciscatur.

Post finem tractatus De instituto scil μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς · αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν:- in folio 3v librarius continuavit [ο]ι πονηροὶ κάπηλοι τὸ καθαρὸν τοῦ λόγου, κίβδηλον δεικνύειν σπουδάζουσιν · ἢ μὴ συνιέντες ἢ κακούργως πρὸς τὸ δοκοῦν ἐκλαμβάνοντες τὸν ἀποστολικὸν λόγον quae est sententia tractatus In illud: Tunc p. 4,1-8 decurtata. sed plura illius tractatus in Vindobonensi non reperiuntur. statim in folio 3v scriba adiunxit titulum orationis Contra fornicarios et ipsius orationis epitomen.

Qua ex codicis forma concludimus alium fuisse qui Gregorium in epitomen coegit et alium qui Vindobonensem exaravit. cum igitur memoriam remotiorem attingere videamur, liceat nobis quoque in rationem decurtandi diligentius inquirere.

Epitomarius hoc intendit ut argumenta dialogi Contra fatum

sine ambagibus colligeret. inscriptionem composuit elaboratam [γρηγορίου] νύσσης περὶ εἱ[μαρμένης διάλεξις πρός τινα τῶν ἔξω φιλοσόφων] ὅτι ὁ εὐσέβιος ἐξ ἀσεβείας μετεχυλίσθη εἰς τὴν εὐσέβειαν (verba quae nunc omnino evanuerunt ex catalogo Danielis de Nessel supplevi), deinde ea quae Gregorius praefatur 31,3-32,9 praetermisit. in ceteris omnia fere quibus dialogi personae illustrantur eliminavit e.g. 32,22-33,2 ταῦτα λέγοντος—παρακρούεσθαι λόγου; pro 35,17-21 ἐπεὶ δέ με—τὸ λεγόμενον scripsit ὁ μὲν φιλόσοφος οὕτως, ἐγὼ δὲ τό. sed praefixit γρηγόριος vel φιλόσοφος ante primas loquentium voces passim. argumenta ipsa constrinxit, cum non solum descriptiones amputaret secludens e.g. 33,15-19 μὴ ἄλλως—πάθη; 36,6-13 καὶ πάντα—γινομένης; 39,22-40,3 παιδεύσεως—διοίκησιν καί; 53,6-13 ἕτερος—κατασκευάζοντες, sed etiam principia omitteret quibus Gregorius argumenta sua fundavit e.g. 41,24-25 οὐ γὰρ—εἴποις et 25-26 ἐν τῇ—οὐκοῦν; 42,3-4 εἴπερ—προσήκει; ib. 7-8 ἡ γὰρ—γίνεται; ib. 20-21 εἰ γὰρ—οἴεται; ib. 22-43,4 οὐ γὰρ—ὑμᾶς; 43,12-20 οὐκοῦν—μακάριον; 44,16-45,9 ποῦ τὸ δίκαιον—θεὸς οὐ νομίζεται. omisit exempla quibus Gregorius argumenta illustravit e.g. 37,16-18 οἷον ἐπὶ σώματος—συννευόντων; 38,12-17 ὡς γὰρ ὁ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμων—οὕτως καί; 39,4-5 καθάπερ ἐν ἐκμαγείῳ σφραγῖδος—οὕτως καί; ib. 8-11 κακεῖνο γίνεσθαι—συμμορφοῦται, et omisit exempla quibus Gregorius pro argumentis usus est e.g. 51,9-10 πόσα ἐν τοῖς προτέροις—βίος; 54,8-12 πῶς Ἀννίβας—συνάγεσθαι; ib. 17-55,6 εἴ τις τὸ τῶν Γασάγων—πάθη; 55,13-56,10 εἰ μὲν—κωλύονται (scil retinuit illud Platonis p. 50, commemoravit Bithyniae urbem Thraciamque p. 52 et Judaeorum terram p. 57 et Valentem imperatorem p. 61, cetera exempla omnia neglexit). omisit etiam argumentum ipsum, illud scilicet, quod Gregorius ex momento et tempore construxit 45,10 ὃ δὲ—46,3 συμφέρονται et 46,17 οὔπω—47,10 ἀπειργάσατο. pauca ex multis hic rettuli sed satis sint ut consilium epitomarii perspiciatur. is quamquam omnes fere conceptus et antiquae philosophiae usitatos et Gregorio proprios hoc decurtandi studio eliminavit, tamen reliquas partes reddidit inter se cohaerentes. nam hiatus diligenter vitavit commutata verborum constructione seu novis verbis adiectis. confer ea tantum quae pro 43,27-46,7 Ἀλλ'—γένεσις scripsit, locum maxime omnium contractum: ἀλλ' ἐρεῖς ὅτι τούτω μὲν τόδε βούλεται τῷ δὲ ἑτέρω τὸ ἴσον βούλεται · δύναται δὲ ἐπ' ἀμφοῖν, ὅπερ βούλεται · πάντως οὖν καὶ τὴν αἰτίαν προσθήσεις τῆς τῶν προαιρέσεων τούτων διαφορᾶς. καὶ εἰ μὲν εὔλογος, εἰπέ. εἰ δ' οὔ, ἀδικεῖ ἡ ὑμῶν δέσποινα εἱμαρμένη. πῶς δὲ θεὸς ὁ μὴ πρὸς τὸ δίκαιον βλέπων.

πάλιν τὸν πρότερον ἐπαναλήψομεν λόγον · εἰ τὰ [μετὰ τὴν] γένεσιν τῶν ἀνθρώπων παρὰ τῶν ἀστέρων ἐνεργεῖται πολλῷ πλέον αὐτὴ ἡ γένεσις.

Ratione decurtandi perspecta in memoriae originem inquiramus. omissa quidem seu variata in Vindobonensi sunt multa, et litterae nonnullae evanuerunt aetate confectae, nihilominus quae conferri possunt proximam Vindobonensis cum codice E cognationem plane indicant. nam Vind cum E conspirat 35,13; 38,24 (et D); 39,16; 41,19 μοίρας ἡμῖν (scil μυριάδων) Vind; 42,6 τιμιωτέρας; 47,12 ἐρίφων; 62,3 ἐξωδηκέναι Vind et v; ib. ἐποίει; ib. 5; ib. 9 κατακωχῇ. et Vind congruit cum E aliisque primae classis testibus 32,11 σοφίαν; 36,15 εἰ om; 37,13 ἑαυτὴν; 40,5 ἐκείνης; 52,4 ὁ alt om; 60,15 add ἀλλὰ post ἐσφαλμένῳ; 62,11 ἀποδείκνυσι. contra E quae Vind recta praebet nunc solus nunc una cum aliis testibus diversis velut 40,19 ἐνὶ (ut MP); 47,12 εὐεργετικὸν (ut v); 54,1 ἢ ὅτε (ut Par503), et optimum illud 48,24 ἐναργεία (ut $Λ^c$) omnia fortasse ingenio viri docti debentur qui epitomam fecit. lectiones autem variatae 48,27 ἀκολουθίας Vind cf D; 60,12 προρρήσεις Vind et MP sscr Y; 62,16 τότε ἐν pr Vind et Y; 63,6 φύσει (sic var pro φύσεως) ante τῶν δαιμόνων coll Vind cf Y, variis e fontibus sumptae esse videntur.

Lond. O.R. 16DXI Codicem Vindobonensem iam saeculo XVI detritum atque mutilatum esse apographon, codex Londinensis, testificatur, quo praeter Gregorii Nysseni Apologiam in Hexaemeron, Orationem catecheticam, Vitam Moysis, In Canticum canticorum inde a fol 267 omnia ni fallor quae nunc in Vindobonensi extant opera praeter Epistulam canonicam continentur ad verbum fere descripta.

De classe altera

Y	codex Venetus Marcianus graecus 559 membranaceus saec. XII foll. 241v-243
D	codex Ambrosianus graecus B 82 sup. chartaceus in parte saec. XVI foll. 145v-159v
Vat 1759	codex Vaticanus graecus 1759 chartaceus saec. XVII foll. 11v-13v
Taur C I 11	codex Taurinensis graecus C I 11 chartaceus in parte saec XVI foll. tria non numerata

Y Memoria classis alterius, cuius de praestantia iam initio mentionem feci, vix uno libro integro ad nos devenit. codex Marcianus e quo recentiores dependent continet Basilii magni homilias diversas iisque adiunctos Theodoreti De graecarum affectionum curatione

librum et Gregorii De fato libellum, utrumque mutilatum. (de Theodoreti parte vide Joannem Raeder in editionem Lipsiensem a. 1904 p. III praefantem.) textus noster inde a p. 33,20 καὶ ἐπικλύσεις usque ad p. 55,16 κτιζομένης desideratur quoniam inter fol 241 et fol 242 quattor ut opinor folia saeculo XVI exeunte vel XVII ineunte amissa sunt. Marcianum integrum descripsit auctor codicis D e quo lacunam supplemus.

Codicem Y manus elegans scriptura multis compendiis constricta exaravit, marginalia et interlinearia nonnulla rubricans. manum alteram nusquam repperi nisi p. 61,18 ubi τὰς obrutum in Y manus recentior signavit et in margine correxit (τὰς recte apographa). scriba recta scribendi ratione peritus vocales ne hiarent elisit, more Attico reddidit 32,7 φυλαττόμενος, itacismo numquam peccavit nisi 31,5 εὐσεβείου errore huiusmodi depravatum putes.

Et auctor Y et auctor apographi D saepe nobis memoriam puram atque genuinam tradiderunt cf 33,5 ῥοπῇ YD: τροπῇ cett (τρ sscr Y); 36,7 περιάγῃ D: περιστῇ cett; 39,10 ἐκεῖθεν ὁρεισθῆσαν sic D: ἐκεῖ θεωρηθεῖσαν cett; 41,19 nihil ante ἡμῖν add D et AΛ; 42,16; 47,13; 52,4; 54,12; 56,3; 57,19; 58,20; 60,1. his locis clare cognoscitur quantum detrimenti exemplar primae classis ceperit. errore corrupti erant omnes loci supra citati praeter 41,19, scripturae continuae debetur 39,10, uncialibus litteris fortasse 36,7. sine dubio multas classis primae corruptelas omnino non sanare immo ne detegere quidem possemus si haec alterius classis memoria non iam existeret.

Accedunt aliae lectiones quibus memoria Y excellit et eae si non ipsae rectae sunt certe tanta sagacitate sunt interpolatae ut quid verum quid falsum sit haud facile iudices cf 31,8; 33,8; 34,4; 38,13; 39,1; 42,14; 54,6; 55,3; 56,21; 62,16. hae lectiones non ab uno viro docto inventae sed singulae per aliquantum temporis intervallum a diversis auctoribus textui illatae esse veri est simile. de congruentia cum familiis primae classis, praecipue cum MP et ALΛ vide infra p. LXXVII.

Sed in memoria Y menda non desunt. scriptura exemplaris continua causa corruptionis fuit 38,2; 39,1; 44,11; 53,8; 62,9, alia veteris scribendi rationis vestigia non reperiuntur. ceterae corruptelae ut in exemplari ALΛMP ita in hac classe per longum traditionis spatium accumulatae esse videntur, cf imprimis menda vetera remediis ineptis aggravata: 31,3-4 verba γέγονεν ὅτε olim non divisa in γεγονότι mutata sunt, postea 4 ὅτε additum est; 40,24 τι διάλειμμα

τῆς male distincta in τοῦ διαλείματος sic mutata sunt, postea ἐπιδεικνύουσα in ἐλλείπουσα mutatum est; praeterea cf 50,22; 54,19; 60,15.

Ad nonnullos locos denique scriba Y correctiores seu varias lectiones sive in margine sive inter lineas proposuit exemplari suo ut videtur instructus. lectionibus in margine adscriptis hic illic anteposuit γρ aut γρ καὶ. ut ex apparatu critico elucet plurimae lectiones variae e cognato codicum MP libro in hanc memoriam devenerunt.

D Codex Ambrosianus duabus partibus compactus continet prima parte (foll 1-79 saeculi XV) Gregorii Nysseni De hominis opificio librum usque ad caput vicesimum primum, continet altera parte (foll 80-164 saeculi XVI) finem Theodoreti libri De graecarum affectionum curatione, totum Gregorii Contra fatum libellum, initium Basilii adhortationis Quomodo ex graecis libris iuvenes fructum capiant. idem Basilii libellus fortasse in Marciano Theodoreti Gregoriique operibus olim annexus erat. in nostra parte D cum Y ubique fere ad verbum congruit non solum in textu sed etiam in margine, sed eas lectiones quas scriba Marciani inter lineas inseruit scriba Ambrosiani nonnumquam neglexit. et in apographo desunt 59,8-10 προρρήσεσι—ἐπικα(λύπτουσα) i.e. vers 15 fol 242v codicis Y, desunt 60,2-3 ἀποδείκνυται—εἱμαρμένης quoniam scriba D a superiore versu Marciani ad inferiorem aberravit (cf vers 29 et 30 fol 242v cod Y) et 45,11 post ὑμῶν continuavit εἴτε ἀστέρων (sed expunx) fortasse eadem de causa.

Paucis decenniis post quam scriba Ambrosiani textum e Marciano integro deprompserat, Marcianus mutilatus est; id enim ex altera eius progenie cognoscitur, apographon dico nunc deperditum quod saeculo XVI exeunte vel XVII ineunte duobus libris exemplari fuit: Vaticano 1759 et Taurinensi C I 11.

Vat. 1759 Vaticanum 1759 miscellaneum Aloysius Lollinus episcopus Bellunensium qui 1547-1626 vitam degit partim ipse exaravit partim e fasciculis quos alii cum vetustiores tum coaevi viri litterarum studiosi exaraverant composuit. codex continet initio Gregorii Nysseni aliorumque patrum opuscula, deinde Byzantinorum lucubrationes nonnullas. Vaticani foliis 11-13 plura non insunt quam ea libelli De fato fragmenta quae in Marciano nunc supersunt. transcripsit ea Lollini contemporaneus quidam cui alia huius codicis pars nulla debetur.

Taur. C I 11 Codex quoque Taurinensis cuius maior pars saeculo XIV exarata editoribus Q audit eadem quae nunc in Y extant fragmenta con-

tinet foliis non numeratis inscripta de quibus Ernestus Rhein benigne nos certiores fecit. quo tempore haec pars et charta et stilo differens ceteris codicis Q partibus praefixa sit, non liquet. primus quoad scimus Josephus Pasinus in catalogo suo de his foliis mentionem fecit.

Exemplar codicibus Vatic1759 et TaurCI11 commune his fere locis ab Y dissensit: inscriptionis verba τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν erant omissa; 33,11 τὴν αὐτὴν Y: ταύτην Vat Taur; 55,16 post τῆσδε add τῆς Vat Taur; 56,20 περικλίσεις compendio quodam superscripto Y: περικινήσεις Vat Taur; recte Vat Taur 58,7 μικρὰ; ib. 8 γέλωτι; ib. 19 χαριζομένης, rectius 58,17 ὅτι πέρ ἐστι Vat Taur. magnam codicis Y lacunam in quam scriba exemplaris incurrit non nisi uno vocabulo ἐλλειπές indicavisse videtur. qua de causa factum est ut auctor Vaticani et auctor Taurinensis post ultimum primi fragmenti verbum ναυάγια (33,20) primum alterius partis verbum τῆσδε (55,16) sine ulla haesitatione medio in versu annecterent. cum bene non intellexissent quem ad locum illud ἐλλειπές pertineret, alter hanc notam superius alter inferius quam debuit in margine suo pinxit. e lectionibus variis quas Y nunc in margine nunc inter lineas praebuit auctor exemplaris Vat Taur paucas selegisse videtur; nam Vaticanus duas tantum respexit, Taurinensis nullam. variavit Taurinensis e.g. 33,6 ἠθῶν: ζωῆς; 57,8 πρὸς: εἰς, plura corrupit velut 59,11 τε νομίζοντες: τὴν νομίζοντα, sed pleraque huiusmodi partim scriba partim corrector emendavit. raro erravit scriba Vaticani praeter 58,6 ἀμαθεστέροις: ἀληθεστέροις; 60,9 add δύναμις ante πρόρρησις. quibus errorum exemplis probatur alterum ab altero non dependere.

De mutua inter classes ratione

Familiis classibusque constitutis necesse est in eos locos inquirere qui de vetere lectionum commercio testimonium dant. obstat enim recensioni nostrae et consensus codicum MPY(D) 32,19 (et Lips); 33,4 (et Lips); 37,11 (et Lips et AmbrQ13sup); 44,3 (et Ambr); 46,3 (et Lips et Ambr); 54,11; 56,19; 59,4-5 et consensus codicum ALΛ S(Z)E 36,15; 37,11-13; 44,7; 47,13; 56,2; 59,23; 61,6. qui consensus cum satis non sint ut familias ALΛ et MP earumque artius cognationis vinculum tollant, ex eo evenisse videntur quod familia MP ex altera classe Y(D) lectiones, additamenta praecipue et falsa et recta, accepit; item familia ALΛ lectiones ab altera classe

mutuari potuit cf 53,12; 60,15. neque suspicio abest quin fons codicum ALΛ et MP communis variis lectionibus ornatus fuerit. codex E cum altera classe in falsis conspirat fortasse semel cf 32,2 (et Lips), numquam conspirat S solus. lectiones quas E vel S rectas cum Y(D) praebent, nisi a librariis doctis excogitatae sunt, ad lectiones varias in codice archetypo versantes reduci oportet. talem codicis archetypi condicionem etiam loci 32,11; 34,12; 40,19; 46,16; 60,1 (Lips Ambr ut MP praeter 34,12 ubi Ambr ut ALΛE) demonstrare videntur.

De codice archetypo et de stemmate codicum

Exemplar remotum unde fontes classium derivandi sunt non valde corruptum fuit. quod ad explicandum omnes codices qui nobis noti sunt adhibebo. (apographa in quantum non discrepant cum exemplaribus suis subaudiantur. lectiones archetypi formulis crassioribus excuduntur.)

Lectiones lapsu calami seu mentis deformatae hae sunt:

32,14 ἐπειδὴ δὲ recte suo Marte AmbrQ13sup Vat1759: ἐπεὶ δὲ Ev obrut in Vind35 **ἐπειδὴ** cett.

40,14 **ἐν ante τῇ φύσει** codd v, vocabulum fortasse ex lin 11 falso repetitum seclusi.

48,24 ἐναργείᾳ sagaciter restituerunt Λc AmbrQ13sup Vind35: **ἐνεργείᾳ** cett v 'cum vi' interpres in edd.

53,21 ἀναθήσῃ scripsi ἀναθήση Lips: **ἀναθήσει** cett (deficit Vind35) v.

54,3 ὅτε coniecit Langerbeck: **ὅταν** codd (ἢ ante ὅταν om Par503) v; ἐπάγουσι AL Vatic116 Z: **ἐπάγωσι** Λ (in -ου- corr vid) cett v. lectionem ὅτε ... ἐπάγουσι genuinam esse persuadent membra quae antecedunt. sed nescio an Gregorius particulam αὖ ut 53,12 post ἑτεροί τε ita hic post ὅτε annexuerit ut ultimum seriei membrum distingueret. et vide Y in 33,8. ex ὅτε αὖ corruptela archetypi satis bene explicetur. lectioni depravatae postea modus subiunctivus adaptatus est.

60,10 οὐδὲ correxit Jaeger: **οὔτε** codd v.

62,3 ἐξοιδεῖν ex Y (εῖν supr lin) recuperavi, vid app: ἐξοιδοῦν Y ἐξωδηκυίαν E ἐξωδηκέναι Λ Vind35 v(-ῳ-) ἐξῴδει Lips ἐξώδη cett (et Y in marg). ἐξοιδεῖν in archetypo fuisse opinor unde mutationes intelliguntur, nisi forte exitum verbi periise putandum est. nam Gregorium in aliis operibus altera verbi forma (scil

ἐξωδηκ-) sola usum esse scimus cf Hom op p. 262,4 et 13 Forbes; Mort IX p. 64,12.

62,9 verba **δαιμονίᾳ κατοκωχῇ** recte in archetypo conservata fuisse (litt iotae adscript scil), deinde a librariis vexata esse puto. vide app; de L! et Λ vide p. LXI; Vind35 = E; Lips = MPZ.

Alii loci et difficiliores inscientia scribarum quippe qui philosophiae vel astrologiae vel geographiae notitia carerent pessumdati sunt.

45,18-19 ἡ ἀπὸ τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν ἐπὶ τὸ ἐν ᾧ οὐκ ἔστι μετάστασις Aristotelis est definitio qua motus describitur. haec in archetypo aut integra extitisse videtur aut uno vocabulo (18 τῷ pro τὸ) corrupta. deinde posteri textum variis modis ita vexaverunt ut lectio genuina ex diversis partibus restituenda sit. cf 18 ἡ ALΛ Lips SE: ἡ D ἣ MP AmbrQ13sup v. 18 post ἐστιν add ἢ AL (delev, in mg ἥ) Λ (delev Λ^c) MP AmbrQ13sup Ev fons scil primae classis; ἐπὶ τὸ recte coniecerunt Λ^c Lips v: ἐπὶ τῷ D et fort archetypus ἐπὶ τὰ SE ἀπὸ τοῦ AL(delev) Λ MP AmbrQ13sup. ubique deficit Vind35.

47,13 **ἢ (post γενόμενον)** quod praebent codd v (deficit Vind35) seclusi. particulam disiunctivam vir non satis gnarus inseruisse videtur ea ratione ut inter signa zodiaci et planetas distingueret. deinde mendum aggravantes auctor primae classis alteram particulam ἢ inculcavit (vide supra ad 45,18-19!) et auctor alterius classis notitiam propriam ἀνειλούμενον amputavit. postremum scribae codicum alii alia mutaverunt: τόνδε τὸν D: τόνδε ἢ τὸν MP Lips AmbrQ13sup τόνδε ἢ τόνδε ALΛ τόνδε ἢ τόνδε τῶν ZE τόνδε τῶν v τόνδε Mon47; ἀνειλούμενον Λ: ἀνιλούμενον AL ἀνειλουμένων Ev ἐνειλουμένων ZVat116 εἰλούμενον D δηλούμενον MP Lips AmbrQ13sup. ubique deficit Vind35.

54,17 **γασάγων** codd (γασαγῶν E Σαγγαγῶν v deficit Vind35), locus mihi quidem insanabilis videtur qui non ignoro quomodo scribae omnis saeculi nomina propria vexare soliti sint. quamquam ex coniecturis Γαλατῶν adridet, regio scilicet Gregorio bene cognita.

Elocutio Gregorii subtilis causa fuisse videtur ut librarii textum temptarent

60,15 ubi post ὥστε perrexerunt μὴ τῆς ἐπιστήμης ὅσον τὸ ἐσφαλμένον Y μήτε ἐπιστήμη μὴ ὅσον τῷ ἐσφαλμένῳ ΑΛ μήτε ἐπιστήμη

μήτε ὅσον τῷ ἐσφαλμένῳ L μὴ ἥ τε ἐπιστήμη ἢ ὅσον τῷ ἐσφαλμένῳ Λ^c μὴ τῆς ἐπιστήμης ἀλλὰ τῷ ἐσφαλμένῳ MPLips μὴ τῆς ἐπιστήμης τῷ ἐσφαλμένῳ ἀλλὰ ZE Vind35 v. iam in archetypo **ὅσον** quod Y et ALΛ servaverunt **inculcatum** esse puto, deinde auctorem primae classis ἀλλὰ attulisse quod ceteri pro ὅσον acceperunt. nemo autem sensum verum restituere potuit. equidem ea quae additamenta esse suspicatus sum a textu removi. attamen Gregorius fortasse scripsit ὥστε μὴ τόσον τῆς ἐπιστήμης τὸ ἐσφαλμένον ὅσον τῆς κατὰ τὴν ὥραν σημειώσεως τὴν ἀποτυχίαν λογίζεσθαι.

55,25-56,2 iterum circuitus orationis longior quam qui in scribendo perspiceretur causa corruptionis fuisse videtur. ἀνάγκῃ restituit Jaeger cf ἀνάγκη Λ^c(-η ex -ην) Lips: **ἀνάγκην** cett v. post οὐχ notam ^ adhibuit et in marg scr 'κατὰ forte deest' L^c. συμπτώμασι fortasse tamquam glossa non recte aut excogitata aut constructa secludenda est. nam post 56,1 ἐν τοῖς τοιούτοις subaudiendum est τόποις et post 56,2 τὰ τοιαῦτα subaudiendum est πάθη (vel συμπτώματα). cetera vide in app crit, Lips = MP sed 56,1 γίνεσθαι Lips, L et Λ = A sed vide L^c et Λ^c supra p. LXI, deficit Vind35.

Sunt alii loci de quibus dubito an integri fuerint in codice archetypo:

39,1 κατὰ codd v fortasse delendum cf 39,9 et 40,5 sed cf etiam 40,15.

43,19 ἐν ante οὐδενὶ desideras si confers 45,6 et 43,20 ἐν post ἔλλειψιν facile potuit excidere haplographiae causa. οὐδενὶ: οὐδὲν AL Lips, deficit Vind35.

44,24 an εἴγε corruptum? expectes ὅτε cf argumentationis formam similem in tractatu In illud Tunc supra p. 9,14sqq. sed cf etiam Kühner-Gerth § 510 (II⁴ p. 178) de more Attico. quomodo singuli textum temptaverint vide in app 24-25, LΛ = A, Lips = MP, AmbrQ13sup = S, deficit Vind35.

59,21 κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ante 24 οὐχ ἐπειδὴ transponenda esse coniecit Hörner quod argumentatio constet in congruentia partium. LΛ = A, Lips = MP sed 22 τῆς om Lips, om 18 ὥσπερ—21 τρόπον et scr pro 21 μιᾶς—60,1 ἐπετεύχθη: μιᾶς οὖν οὔσης αἰτίας καθῶς εἴρηται τῆς τὸ τοιοῦτον τῆς προρρήσεως εἶδος πολυτρόπως μετιούσης, οὐχ ἐπεὶ ποτέ τι κατὰ τὸ συμβᾶν ἐπετεύχθη ἴσως τῶν εἰρημένων Vind35.


aetas
transcriptionis
s. XI
s. XII
s. XIII
s. XIV
s. XV
s. XVI
s. XVII
E
Vind th35
Lond O.R. 16.D.XI
x
ed.Morel a. 1615
Urb13
Par 503
Vat 116
S
Z
(codex Arsenii)
L
x
V
Vat 116
A
Mon 47
x
Ambr Q13s
x
Lips
P
Vat 445
Ambr Q14s
M
W
Y
x
Vat 1759
Taur CI11
D

Disserui quam textus formam in codicum archetypo iam ante aetatem Anastasii Sinaitae extitisse putemus. qua ratione memoria deinde propagata sit stemmate demonstravi.

De editionibus impressis

Gregorii Contra fatum libellus, quem viri Byzantini tanto cum studio libris manuscriptis tradiderunt, libris impressis sero insertus est. eum nondum accepit Laurentius Sifanus in editionem Basileensem anno 1562 primum anno 1571 iterum excussam, qua multa Gregorii opera Latinitate donata propagavit, nondum admisit ille qui ampliorem editionem latinam Parisiis anno 1573 composuit. **ed. 1596** in quemcumque libellum similis inscriptionis incurris ante annum 1596 typis excussum, non Gregorii est opusculum sed Nemesii Emeseni operis particula. neque enim prius quam anno 1596 Gregorii libellus prelo submissus est, scilicet Ingolstadii, cum Fronto Ducaeus renovato colligendi studio aliquot opuscula Gregorii, genuina septem pseudepigrapha duo, e variis libris manuscriptis eruta partim Latina tantum partim bilingua edenda curavit. in ultima huius editionis parte et liber de fato (pp. 103-127 inclusus) et oratio contra faeneratores i.e. usurarios apparent Latine tantum. in praefatione autem legimus: 'libellum de fato suppeditavit nobis Bibliotheca Bavaria; ... Quia vero Bavaricum exemplar unicum erat, neque id satis correctum, neque nomen continebat eius, ad quem Nyssenus hunc librum misit; ideo probabiliter aliquoties divinandum fuit Interpreti, quidnam Gregorius velit, praesertim initio. Ex eodem Bavarico Codice deprompsimus orationem contra faeneratores.' **Mon. 47** codicem illum Bavaricum nunc Monacensem graecum 47 audiri, id quod Ernestus Gebhardt de oratione Contra usurarios demonstravit (vol. IX p. 135), nobis quoque manifestum est. cf ex propriis Monacensis mendis haec exempla quattuor: 37,12 οὐχ οὕτως om Mon47 neque legit interpres 1596 cum verteret 'at non eo, inquit philosophus, nostra spectat oratio'; 40,21-22 (ὥστε τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον αἰτιώτερον οἴεσθαι) αἰτιώτερον om Mon47 'ut alterum ab altero pendere credamus' interpres 1596; 60,4 ὥστε ἡμῖν μίαν μὲν εἱμαρμένην εἶναι τὸν ὄνειρον: pro ὄνειρον scr ὄρειον Mon47 in marg adiecit τὴν τῶν ὡρῶν man alt seu tert. unde interpres 1596 'Sic unum fatum horarum esset horarium'; p. 61 Mon47 et 3-4 (περιφανέ)ς τε—κατανόη(σας) omisit et 5 ἵνα ἐν ἕξεσιν οἷς corrupta ex A accepit. quamquam verba omissa in margine Monacensis suppleta

sunt, interpres 1596 de loco desperans 3 πολλάκις—7 μετουσίαν silentio praeteriit. quod Gebhardt interpretem non Ducaeum sed Jacobum Gretser, Ingolstadiani collegii professorem, fuisse affirmat, idem nobis persuasum est quamquam testimoniis comprobare non possumus.

ed. 1605 Anno 1605 omnes editionis Ingolstadianae partes latinae praeter unam serie servata in novam editionem Parisinam acceptae sunt, cui praeparandae Fronto Ducaeus cum in angustiis versaretur non nisi extremae se praefuisse confessus est. cf Ducaei notam p. 2. (suae ipsius versioni orationis In luciferam sanctam Domini resurrectionem versionem Federici Morelli quae separatim iam anno 1600 Parisiis erat impressa praetulit.) in hac editione liber De fato tom. II pp. 107-120 inclusus invenitur, in textu verba 'Frontone Ducaeo interprete' in catalogo autem 'incerto interprete' inscribuntur. textus ab editione priore vix discrepat praeterquam quod verba 'praedictionibus et medicamentis latentes insidias ac' (vers 7-8 p. 125 ed. 1596 cf nostrae paginae 59 lin 8-9) in ed. 1605 (et in posterioribus) omissa sunt.

ed. 1615 Anno denique 1615 libellus Contra fatum graecis typis excussus est. Claudius Morellus vel potius ipse quoque Fronto Ducaeus textum ex apographo quodam codicis E nunc perdito derivavit. nam ed. 1615 his tantum locis ab E discrepat (vide ad v in apparatu): 31,10; 32,10; 33,24; 36,2; 38,2.21; 41,15; 45,18; 46,15; 47,7.8.12; ib. 13 bis; 48,19; 53,9.23; 54,9.17; 55,23 bis; 57,11; 58,23; 59,9; 60,1 bis; 61,9; ib. 13; 62,3. quarum lectionum pleraeque docto cuidam debentur. interpretatio autem latina, incerti ut inscribitur interpretis, ex editione anni 1605 arcessita nonnullis nunc locis castigata et ad textum graecum adaptata est. cuius assimilationis vide haec exempla: 41,6-7 κατὰ τὸν βίον: κατὰ τῶν νόμων A Mon47 'contra leges' ed. 1596 ed. 1605 'in hominum vita' ed. 1615 v; ib. 19 ἡμῖν μυριάδας: μοιρῶν ἡμῖν μυριάδας E ed. 1615 v 'nobis myriadas' ed. 1596 ed. 1605 'nobis partium myriadas' ed. 1615 v; 42,10 ἐνεργήσαντι: εὐεργοῦντι A sscr ετ A² εὐεργετοῦντι Mon47 'beneficia confert' ed. 1596 ed. 1605 'praestiterit' ed. 1615 v; 45,12 εἴτε ἀστέρων εἴτε ἀνθρώπων: εἴτε ἀστέρων εἴτε ἄστρων ALMP εἴτε ἀστέρων consulto quidem et Λ et Mon47 'sive stellarum' ed. 1596 ed. 1605 'sive stellarum sive hominum' ed. 1615 v; 47,19 ἢ τὸ θερμὸν τῷ πυρόεντι: om ἢ τὸ θερμὸν A Mon47 'vel Marti' ed. 1596 ed. 1605 'vel caliditas Marti' ed. 1615 v; 53,18 ἐπάγει: ἀπάγει ALMP Mon47 'avehitur' ed. 1596 ed. 1605 'advehitur'

ed. 1615 v; 60,4 vide supra ad Mon47 'sic unum fatum esset somnium' ed. 1615 v; 61,3-7 vide supra ad Mon47. inter 'esse videatur' et 'idque res' ed. 1615 supplevit omnia quae nunc leguntur in v (col. 171,55-174,3).

Extat libellus Contra fatum in editione Morelliana anni 1615 tom. I pp. 894-913 inclusus.

cod. Urb.13 Hac ab editione impressa textum graecum Josephus Cretensis in codicem Urbinatem graecum 13 (foll. 272-286) manu descripsit, **ed. 1638** textum bilinguem accepit Aegidius Morellus in editionem Parisiis anno 1638 prolatam (tom. II pp. 62-81). ex altera Morelliana tex- **Schram** tum latinum depromens Dominicus Schram O.S.B. epitomen fecit (Analysis operum S. S. Patrum et Scriptorum Ecclesiasticorum, **ed. Mignei** tom. XIV pp. 325-338, Augustae Vindelicorum 1791), textum et graecum et latinum recepit Migneus in volumen PG 45 coll 145-174 anno 1863 Parisiis excussum. inde ab anno 1615 textus graecus in compluribus, versio latina paucis in locis transformati sunt.

Complures ad hoc opusculum praeparandum mihi auxilio erant quos omnes nominatim laudare nequeo. sed gratias pro parte praecipua Wernero Jaeger habeo, et multum Jacobo Walsh et Herberto Musurillo S.J. debetur. praeterea quantum Hadwigae Hörner pro labore et consilio debeo haud facile dicere possum. his omnibus et fratribus meis Societatis Jesu in insulis Micronesiae degentibus qui mihi et otium et sumptum suppeditaverunt grates ex animo habeo.

Dabam in Civitate Guamensi
In Insulis Marianis
A.D. MCMLXXXII

JACOBUS McDONOUGH, S.J.

DE INFANTIBUS PRAEMATURE ABREPTIS

LIBELLUM EDENDUM CURAVIT

HADWIGA HÖRNER

(PRAEFATIO)

S. Gregorii ad Hierium liber de infantibus praemature abreptis per tres et triginta codices manuscriptos ad nos devenit. testes in quattuor partes discedunt quas ad duas classes et veteres lectiones varias reduci posse recensio demonstrabit. in partem primam numerandi sunt libri vetustiores M P V O K quattuorque recentiores quos sub siglo recc comprehendam, ad alteram partem pertinet codex B pertinentque codices E Λ et A L S, tertia constat codicibus Q J R Ω, quarta codice D. hos testes asseclae vel apographa tredecim sequuntur.

Primam et alteram memoriae stirpem in apparatum criticum admisi, tertiam et quartam, quarum utraque diligenter enucleanda est, in praefatione tantum enarrabo. cum tertia propius accedat ad primam, quarta magna ex parte in altera inhaereat, praeterea diversae rationes inter omnes fere intercedant, recensionem ita instituam ut necessitudines multiplices prius ante oculos ponam quam simplices tractem; simplicibus perspectis ad multiplices explicandas revertar et simul cum mutua inter stirpes ratione hyparchetypos patefaciam. deinde de archetypo breviter agetur. postremo et apographa quae ad testes discernendos nihil conferunt absolvam et editiones typis expressas.

De consensu primae et tertiae stirpis adiectis ceteris

Codices MPVOKrecc et QJRΩ multis locis et gravibus consentiunt, quos hic enumerabo. singuli testes ubi desciscunt aut accedunt congruentiam non obscurant. testes alterius stirpis et codicem D adhibebo ubicumque conspirant.

67,18	κοινῇ	om	WPVOKrecc QJRΩ	
			et transpos et eras in	B
			ras 4 litt in	Λ
			archetypus	
68, 5-6	ἡβώοι ... ἀκμάζοντας			
	ἡβῶσιν οἱ ... ἀκμάζοντες		WPVOKrecc QJ	
	ἡβᾶ ὡς οἱ ... ἀκμάζοντες		RΩ(οἱ: ἡ)	
7	διηγήσασθαι: διηγεῖσθαι		WPVOKrecc QJRΩ	
12	ὑποσκιάζουσα: ἐπισκιάζουσα		WPVOKrecc QJRΩ et B	
14	βλεφαρίδων: βλεφάρων		WPVOKrecc QJRΩ et B	
23	ὡς BEΛ ὦ ALS	om	MPVOKrecc* QJRΩ	
			*εἰ Matr4864	
69,11	λιτότης: πλινθότης		MPVOKrecc QJ Ω	
			R(-οντ-)	

12	post δεξιουμένη add ἢ	MPVOKrecc QJ
	non add	RΩ
15	φανοτέρα: φανερωτέρα	MPVOKrecc QJRΩ et S
70, 2	γηραιὸς Q: γήρειος	MPVOKrecc* JR
	γήραιος	Ω *γήριος Matr4864
6	ἃ	om MPVOKrecc QJRΩ
9	ἀνθρώπων: ἀνθρώπινον	MPVOKrecc QJR
		deest Ω
72, 8	αὐτὸν J: αὐτὰ	MPVOKrecc Q Ω et B
	αὐτοὺς	R
9	οἴησιν O²RΩ: μύησιν	MPVOKrecc QJ
	νόησιν	vix eadem ratione corrupt in B
73, 9	ἔτι	om MPVOKrecc QJRΩ
74,12	οὐδ' ἂν: οὐδὲν	M VOKrecc J
	οὐδὲ	PQRΩ(οὐδ')
75,16	εὐθὺς: εὐθέως	MPVOKrecc QJRΩ
76.14	post ἀφανισθείη add ἢ	MPVOKrecc QJRΩ et B (var)
19	τὰς	om MPVOKrecc QJRΩ et EΛ
79,10-11	ἐγγένηται: γένηται	MPVOKrecc QJRΩ
80,13	τὸ O²Q: τῶν	MPVOKrecc JRΩ et D
81,26	ἀντίδοσις Q: ἀνταπόδοσις	MPVOKrecc* JRΩ
		*ἀπόδοσις Par585
82, 1	τι	om MPVOKrecc QJRΩ
83,10	αὐτῇ: αὐτὴν (sic) post τινὶ coll	M JRΩ
	corruptione offensi	om et PVOKrecc et Q
84, 9	μετὰ τούτων: κατὰ τοῦτον	MPVOKrecc QJRΩ
9-10	παρὰ τὸν βίον: τὸν παραβατὸν βίον	MPVOKrecc
	τὸν παρόντα βίον	JRΩ om Q
	in fonte παρὰ τὸν confus?	
86,11-12	πῶς οὐκ ἂν τὰ πάντα: πῶς οὐχ ἅπαντα	MPVOKrecc JRΩ
	ἅπαντα (in ἅπερ corr) οὐκ ἂν πάντα	Q
14-15	παρασκευάσας τῷ εἶναι παρ' αὐτῷ τὰ νοήματα δι' ὧν ὁδηγεῖται: παρεσκευάσατο· ἵνα παρῶ τὰ μαθήματα ὅθεν θήγεται D scil primum corruptionis statum	D!
	παρεσκευάσατο· ἵνα δὲ παρῶ τὰ μαθήματα ὅθεν θήγεται MPVOK(παθήματα)recc	
	παρεσκευάτατο· ἵνα μαθὼν τὰ νοσήματα ὅθεν μὴ θήγεται Q(μαθὼν: μάθη, eras et σ in νοσήματα et μὴ) J	
	παρεσκευάσατο· ἵνα μαθὼν τὰ νοήματα δι' ὧν θήγεται R(pro ἵνα scr in ras καὶ ὁ) Ω	
	scil in fonte praeter itacismum et falsam verborum distinctionem extitisse variam lectionem τὰ μαθήματα (cf EΛ) quam alii pro recta acceperunt alii ad rectam adaptaverunt	cf EΛ
87,16	τις	om MPVOKrecc QJRΩ
89,14	ἑαυτοῖς VOKrecc: τεαύτοῖς	MP JRΩ (τάυτοῖς)
	αὐτοῖς ut cett	QD
90, 4	τοῖς ἐμπιοῦσιν ἐποίησαν:	
	ἐμποιοῦσιν	MPVOKrecc QJRΩ
93,19	ἐπεγνώκαμεν: ἐγνώκαμεν	MPVOKrecc QJRΩ
94,13	ἐᾶσαι : εἴασάσε	MPVOKrecc

(ασ exp M^3 σά eras PO σε exp K)
ἐάσάσε J
εἴασε QRΩ
in fonte ἐάσαι (sic) supra εἴασε scriptum esse videtur
95,13 ἀναγκαίων R: ἐναντίων MPVOKrecc J
variav (vide p. cxxv) et Q et Ω
16 εὐεργῆ : ἐνεργῆ MPVOKrecc QJR et D
deest Ω
96,25 ἔτι R : ἐπὶ WPVOKrecc J et D
om Q deest Ω

fortasse addenda sunt

67,13 σφοδρῶ ... τῶ ἅλματι J:
τῶ σφοδρῶ ... τῶ ἅλματι WPVOKrecc et B
τῶι ante ἅλμ. exp K^2 alqd sscr P
τῶ σφοδρῶ ... ἅλματι QRΩ
an τῶ in fonte vagans?
72,16 ἐν τῷ κόσμῳ om QJRΩ γινομένων om MPVOKrecc an alii aliam lectionem variam suspicientes ex fonte moniti?

de fonte non liquet

74,11 ὤν: ὃ MPVOKrecc
om QJRΩ
77, 5 αὐτὸ KO^2: αὐτοῦ MPVO recc et $Λ^c$
οὐδὲ QJRΩ
nisi forte corruptio fontis causa fuit coniecturae

vix huc pertinet

67,14 ἐπεὶ δὲ W: ἐπειδὴ QJRΩ(ἐπεὶ δὴ)
ἐπειδὴ δὲ PVOKrecc
variatio singulorum potius quam varia lectio in fonte

subiungo eos locos ubi unus vel alter ex stirpe QJRΩ cum prima stirpe facit (et laudo D etiam in rectis)

71, 7 σεληναίου QJRD: σεληνιαίου MPVOKrecc Ω et B
72,15 τοῦ βίου D: τὸν βίον MPVOKrecc Q
: τῶ βίω JRΩ
73, 2 τοῦ O^2QRΩD: τὸ MPVOKrecc J
81,26-82,1 μήτε ἀγαθὸν QRΩD: transpos MPVOKrecc
om J
83,15 τὸν QRΩD: τὸ MPVOKrecc J
90, 4 τύφου QRΩ : στύφου MPVOK (σ eras)recc et L (corr m^2)
: στὄφους sic J
: στύφους D
9 ὑπεξάγεται QRD : ἐπεξάγεται MJ
ἐπ- ex ὑπ- corr vel vice versa Ω
ἐξάγεται PVOKrecc

Varia mendorum genera his locis discernuntur: subtiliora in faciliora mutata sunt ex. gr. 68,12; ib. 14; 69,15; 95,16, depravata sunt 69,11; 90,4; 95,13 ubi scriba cum contextum antecedentem teneret sequentem deformavit, prisca scribendi ratio causa errorum fuit 68,5-6 (mendum inepta correctione aggravatum); 72,9; 74,12; 84,9-10; 86,11-12; ib. 14-15. litterarum maiuscularum confusio non detegitur praeter 89,14 (?) et 96,25. varia lectio iuxta genuinam posita reddidit verba corrupta 86,14-15 corruptiora, eadem de causa pessumdata esse videntur 67,13 et 94,13. sed locus 84,9 sicut 68,5-6 post depravationem consulto est mutatus neque 81,26 sine iudicio variatus est.

Rationibus remotioribus patefactis ad primam stirpem describendam procedo.

De prima stirpe

Stirps prima in editione Leidensi bene nota testatur studium virorum Byzantinorum qui saeculo circiter IX multa Gregorii opera variis e fontibus collecta voluminibus amplissimis incorporaverunt. quae opera in exemplari huius stirpis comprehensa sint e consensu codicum M et OKrecc cognoscitur, quorum in unoquoque (paululo discrepant Par585 et Matr) idem legitur menologium sedecim partium ad usum liturgiae compositum quod desinit in tractatum de sancta Trinitate ad Eustathium, et ei subiuncta sunt dogmatica opuscula quinque: Ad Ablabium quod non sint tres dei, Epistula XXXIIX (re vera, ni fallor, Basilii Magni), Ad Hierium de infantibus, Ad Simplicium de fide, Ad Harmonium de professione Christiana (vide p. CVI et cf quae explicavi op. p. XL cit., p. 32-34). cetera opera testes alius alia adnexerunt.

Huic stirpi peculiaris est lacuna qua textus hiat. nam et ea quae Gregorius de restauratione perditorum hominum in aeternis Deo efficienda docet p. 91,22-92,11 et ea quae de mali origine atque incremento huic loco continuavit p. 92,11-20 in MPVOKrecc desiderantur. id non casu evenisse puto sed consilio viri orthodoxi qui nimio purgandi studio deditus cum loco doctrinae Origenianae suspecto simul locum innocuum eliminavit. alia ratione usus est ille vir qui ad 80,16-18 admonuit ση(μείωσαι) ξέ(νον), quae nota ex fontis margine ad codices MVK Par585 Matr devenit.

Lectiones codicibus MPVOKrecc propriae sequantur.

74, 1	ὅπως	: πῶς	MPVOKrecc
76,25	ἐν τοῖς οὖσιν ἐν τῇ φύσει		MPVOKrecc
77,11	ἐν	: ἐπὶ	MPVOKrecc
80,17	περί τι	: περιττὴ	MPVOKrecc
		περὶ τῇ sua sponte	Ω
24	τῷ M² (ut vid) O²	: τὸ	MPVOKrecc
81, 1	παντὸς	: τοῦ παντὸς	MPVOKrecc
14	ἀπόφασιν	: ἀπόβασιν	MPVOKrecc
ib.	μετέχειν	: κατέχειν	MPVOKrecc
17	ἐνεργὸν ἔχειν	: ἐνεργεῖν	MPVOKrecc
82, 2	ᾧ	: ὃ	MPVOKrecc
17	κατὰ τὸ νήπιον	: νηπίων	MPVOKrecc
		an conferend Q (p. CXXV) et Λ (p. CVIII)?	
21	ἐκκαθάρας PK²	: ἐκκαθήρας	M VOKrecc et R
83,13	μεταλαμβάνουσα	: καταλαμβάνουσα	MPVOKrecc
84,11	συμποτικαὶ	: συμπόσια καὶ	MPVOKrecc
23	μηδὲ	: μήτε	MPVOKrecc
85,22	προνοητικὰς	: νοητικὰς	MPVOKrecc
25	καταλαμβάνει	: διαλαμβάνει	MPVOKrecc et D
87,13	καθάψαιτο	: καθάψοιτο	MPVOKrecc
88, 3	τις	: ἥτις	MPVOKrecc
89, 3	ὁ M³ (ut vid)	: ἡ (ex fonte ut vid)	M
		om corruptela offensi	PVOKrecc
15	ἀτελεῖ	: τέλει	MPVOKrecc
21	συμπτωμάτων	: συμπομάτων	MPVOKrecc
90,11	λαιμαργοῦσι	: λαιμαργῶσι	MPVOKrecc
94, 7-8	τὸν κακὸν	: τῶν κακῶν	MPVOKrecc et R
96,17	τοῦ ζῆν	: τὴν ζωὴν	MPVOKrecc
97, 1	προεληλύθησαν K(ex προσ-) O²Matr*: προσ-		WPVO recc* et Q

de 67,13 (et B); 71,7 (et Ω et B); 72,16; 73,2; 81,26-82,1; 83,15; 84,9-10; 86,14-15; 90,4.9 vide pp. LXXXVIIIsq; de 87,5; 89,12 vide p. XCVIII.

In 80,17 et 84,11 scriptura quae dicitur continua erroris causa fuit, in ceteris praeter socordiam scribarum apparet inclinatio ad difficiliora faciliora reddenda. 76,25 lectionem et variam et rectam e quibus ceterae stirpes alterutram elegerunt utramque haec tradidit. acumen correctoris sentitur in 84,9-10 et 86,14-15.

Fonte communi perspecto in testes singulos rationemque quae inter eos intercedat inquiramus.

De codice M

M codex Ambrosianus graecus C 135 inf membranaceus saec. XI foll. 203-208v, 149-150v, 209-216v

W codex Vindobonensis theol. graecus 42 chartaceus saec. XII foll. 175-183

M In codice Ambrosiano libellus De infantibus ut pars decima nona numeratur. manus illa nefaria quae totum codicem titulis ornatu-

que spoliavit, cum unum folium post folium 202 unumque post 216 evulsisset, textum initio et fine mutilatum reliquit. duo folia quae olim loco suo exciderant nunc in superiore codicis parte sub numerorum notis 149 et 150 servantur.

W Apographon Vindobonense post alia Gregorii opera quattuor aliunde arcessita omnes fere orationes tractatusque quos M continet eodemque ordine digestos repetivit. desunt in Vindobonensi aliquot folia casu amissa, deest tractatus Ad Simplicium de fide propter scribae neglegentiam, sed libellus de infantibus extat integer. ex Vindobonensi igitur, apographo fideli, damnum codicis M sarciri potest.

M Scriba codicis M textum huius stirpis magna cum diligentia conservavit. raro peccavit lapsu calami aut erravit in rebus grammaticis si excipis litteras ο et ω saepius inter se confusas. 67,12 πού omisit apographon W fortasse seorsum ab exemplari suo; 72,11 pro σ(οι) scripsit M(οι) perperam ille qui codicis M litteras initiales pinxit. lectiones 73,1; 83,10, fortasse et 82,14; 90,9 scriba M ex fonte remotiore accepit (v. supra p. LXXXVIIIsq). alia nulla variavit neque addidit neque omisit. margini adiecit et notam ad 80,16-18 ex stirpis origine arcessitam et glossam ΧΘΕΣΙΝῊ ΜΈΘΗ qua 91,21 ἑωλοκρασίαν explicaret. utramque adnotationem Vindobonensis recepit.

De codicis M correctoribus haec habeo comperta: scriba ipse in scribendo pauca correxit et talia Vindobonensis agnovit. sed plura extant in Ambrosiano correcta quae in Vindobonensi non reperiuntur. in his tres manus distinxi: vetusta quaedam quae errores nunc scribae M nunc totius stirpis eliminavit litteris singulis nitide seu restitutis seu suprascriptis. eam sub siglo M^2 in apparatum criticum admisi. altera manus accentus spiritusque stilo tenuiore correxit. recentior denique manus ductu plerumque neglegentiore nonnulla expunxit secrevit inseruit adiecit suo ut videtur arbitrio. hanc manum ubi a vetusta discernere vix potui sub siglo M^3 in apparatu critico laudavi, alias neglexi. ingeniose restituit 72,11 σοι; 74,12 ἂν (post οὐδὲν scil); 89,3 ὁ (fortasse M^2); ib. 10 εἰ; ib. 15 ἀτελεῖ. alia licentiosius temptavit ex. gr. 70,6-7 et add καὶ γὰρ ante καὶ (scil ἃ deest) et add ὡς ante ἐκ; 88,3 ἥτις del et adscr ἐμπέσοι τις καὶ, alia punctis tantum notavit velut 84,15 φησὶν; 94,13 εἴασάσε (ασ exp). secrevit 75,4-5 μὴ—βεβιωκότι nescio qua ratione, sed rectae fidei causa addidit 88,1 φιλανθρωπίας καὶ ante τελείας et notionem sempiternitatis introducens ubi de peccatorum poena agitur addidit 73,16

αἰων(ίω) vel sim quid ad πυρὶ; 75,15 τὸν ἀεὶ χρόνον post ὀδυνώμενον; 87,11 αἰώνιον καὶ ante ἄπειρον.

Inter codices M correctores ut ceteri editores ita nos in hoc volumine non una ratione diiudicavimus. huius libri folia omnia de integro excuti olim oportebit.

De familia PVOKrecc

P	codex Vaticanus graecus Pii II 4 membranaceus saec. XI foll. 109-123v
V	codex Vaticanus graecus 450 membranaceus saec. X-XI foll. 12v-28
O	codex Monacensis graecus 370 membranaceus saec. X foll. 202-221v
K	codex Venetus Marcianus graecus 67 membranaceus saec. XI foll. 130-139
Mon 107	codex Monacensis graecus 107 chartaceus saec. XVI foll. 155v-166v
Par 585	codex Parisinus graecus 585 chartaceus saec. XVI foll. 212-223
Matr 4864	codex Matritensis Archivi historici graecus 163,6 nunc Bibliothecae nationalis 4864 chartaceus saec. XVI foll. 218-231
Par 586(b)	codex Parisinus graecus 586 chartaceus saec. XVI foll. 280-293v

De familiae fonte

Plerique huius familiae testes haud minoris diligentiae quam M fuerunt sed a fonte paululo deteriore textum acceperunt. qui fons ex hoc codicum PVOKrecc consensu cognoscitur: omissa sunt aliquot verba minora cf 68,19; 72,16; 78,8; 85,1 (et Q); 85,24; 86,11; 87,6; 89,10 (et E), mutata sunt alia cf 72,7; 73,17 ἐναναφύχουσα: ἐναποφύχουσα (et D); 76,7; 79,24; 88,20 (et Ω); 90,24; 91,14. duo loci sagaciter variati sunt: 85,5 pro ὄντος auctor exemplaris scripsit ὄντως ὄντος Platonis memor, 86,12 τοῖς θεολογοῦσιν omisit. etiam 89,3 et 90,9 haud sine discrimine ille mutavisse videtur (vide p. xci et p. lxxxix). in marginem adnotationem ad 80,16-18 recepit. hoc ab exemplari communi utrum testes singuli recta via descenderint an propriis fontibus intermissis post libros ennarratos discutiam.

De testibus veteribus

P Codex P, in folio grandis, liber est eximiae pulchritudinis. ex foliis exterioribus nunc valde detritis apparet eum aliquantum

temporis integumento caruisse, quod si libri corpus splendore adaequaverit furem suum facile potuit invenire. desideratur primum quoque folium cui index erat inscriptus. hic index autem saeculo XVI auctori apographi i.e. Vaticani gr. 445 ante oculos fuit. codici P Gregorii opera insunt et genuina et pseudepigrapha (inter quae R. Devreesse cum Vaticanum 445 in catalogo excussit diligentissime distinxit). tractatus De infantibus in codice P ut λόγος ιϛ̄ numeratus inter libellos in illud: Tunc et De mortuis extat.

Scriba P curam maximam non solum in textu exarando sed etiam in peccatis suis eliminandis adhibuit. emendationes quas diorthota in margine proposuit omnes respexit praeter 75,21 ubi μετασχόντι reliquit intactum cui verbo diorthota εχ adscripserat (cf μετέχοντι ALS). praeter scribam manus recentior atramento nigriore ductuque minutissimo textum attigit 67,13 supra τ(ῶι) scribens οῦ (ut vid) et supra (ἅλμα)τ(ι) punctum ponens. utrum scriba ipse an alii quidam correxerint 68,7 τούτου ex τοῦτο nigriore atramento et 94,13 εἴασε ex εἴασάσε rasura neglegentiore non liquet. ad hos locos diorthota nihil admonuerat. in margine manus vetus adnotavit ση ad 87,10-11 τῆς ἐμφυείσης κακίας locum scilicet difficilem, adscripsit λυ(σις) et ad 90,14 et ad 93,3. manus recentior quae ubique in codice reperitur obelum circumpunctatum et in margine apposuit ad 67,5; ib. 10; 69,9-10; 95,9 et oblique inter lineas scripsit super 89,23 ἀλμῶσιν nulla lectione addita (cf vol. IX G. Heil p. 24 ad 67,5 et A. Spira p. 422). de iis quae P rectius quam cognati sui praebet vide infra.

V Codex Vaticanus V, liber si non ex ipso Studii monasterio editus at certe simillimus iis libris quos scriptorium clarissimum propagavit, ab uno eodemque librario scriptus atque ornatus est et ex tribus partibus ita compositus ut non liceat colligere primam partem qua Gregorii opuscula In illud Quatenus, De infantibus, De professione continentur, ex alio libro cui antea adhaesisset in codicem V deportatam esse. sed apparet scribam primum hanc partem tamquam initium maioris corporis composuisse, deinde consilio mutato cum ceteris partibus quas scripsisset aut scribere sibi proposuisset quam aptissime posset ipsum coniunxisse.

Scriba codicis V qua erat diligentia praeter pauca menda itacismo vel alio errore orta praeterque duas lectiones variatas 68,6 et 97,5 textui nullum detrimentum intulit. peccata hic illic restituere conatus est litteris suprascriptis. correctorem alium non repperi.

E crebris adnotationibus a manibus diversis in margine adhibitis

apparet hoc opusculum praecipue lectores attraxisse. manus ni fallor prima notavit σῃ ad 73,16 (!); 82,28; 93,3-5 et σῃ ξέ ad 80,16-18, manus ut videtur coaeva scripsit σῃ ad 87,4-13 et σῃ ξ´ ad 85,3-5, asteriscum pinxit ad 90,16, manus tertia neque ipsa multo recentior adscripsit ὅρα ad 79,8-16, βλέπε ad 87,22-88,7, πρόσεχε ad 96,17-21, manus denique quarta et paululo recentior glossas adhibuit: scripsit θερμανθεὶς ad 73,10-11 fortasse quomodo infantes sui saeculi necarentur indicans, et scripsit μάταιαν πόσιν ad 91,21 ut explicaret ἑωλοκρασίαν.

O Codex O, testis huius stirpis vetustissimus, eodem modo quo M continet menologium sedecim partium et quinque illa opuscula dogmatica, inter quae libellus De infantibus sub numeri nota ιθ extat. pro variis quae in M agmen claudunt O complectitur In illud: Tunc, In Pulcheriam, In Flacillam, In VI Psalmum, De vita Thaumaturgi, De beatitudinibus, De oratione dominica, quorum nullum in M extat excepto libello De vita Thaumaturgi. scriba ut erat inter diligentes diligentissimus in textu describendo raro peccavit, itacismo indulsit rarissime. duo verba omisit, 78,26 et 95,2, addidit seu consulto mutavit nulla. manus prima ni fallor ad 87,10 adscripsit σῃ. corrector coaevus O^2 memoriam non solum familiae sed etiam stirpis transcendens recta nonnulla recepit aut ex fonte ignoto aut ex fonte stirpis unde lectiones emendatae in exemplaria singula devenire potuerunt quas plerique scribae neglexerunt, docti diorthotae detexerunt.

K Codex K eadem Gregorii opera atque O continet ab initio usque ad librum De oratione dominica. libellus De vita Thaumaturgi ex loco vicesimo sexto quem in O occupat in locum septimum et decimum translatus est; cetera eundem atque in O ordinem tenent. ubi O desinit K plura Gregorii opera annexit quorum unum, De vita Macrinae libellus, etiam in M reperitur.

Scriba K nonnulla verba omisit aut mutilavit, alia mutavit neglegenter contextu deceptus vel praeoccupatus ex. gr. 79,12; 80,2; 85,10; 86,5; 89,4 (et Ω et ΕΛΑL). aliquando textum restituere conatus est cf 68,7; 70,10 (cf V); ib. 15; 77,5; 78,8; 86,5 (si ὅρος quod praebent PVO in fonte familiae fuit); lacunam sentiens 93,24 οὐκ ἂν haud inepte addidit. ex fonte accepit notam ad 80,16-18 spectantem. correctori coaevo K^2 exemplar codicis K ante oculos certe fuit cum verba omissa restituit, de ceteris in K^2 similiter atque in O^2 sentiendum est. congruit K^2 67,13 cum QRΩ; 72,20 cum O^2JR; 80,3 cum O^2Q al; 87,5 cum PO^2QJRΩ al, et, si rasuras ipse

fecit, 76,1 cum QL; 90,4 cum QRΩ al. manus multo recentior textum semel attigit 76,21 restituens.

De testibus recentioribus

Ad testes recentiores non deteriores quos sub siglo recc comprehendi venimus. et Mon107 et Par585, si ordinem genuinum in eo restituimus, eandem Gregorii operum seriem atque codex O praebent. neque differt Matr si catenam foliis 56-129v inculcatam removes, praeterquam quod libellus ad Eustathium in Matr bis legitur (ις´ ff. 202v-207v et ιζ´ ff. 208-214), neque multum differt Par586 cuius indolem infra p. CXXXVIsqq diligentius explicabo.

In textu tradendo recentiores neque a consensu veterum discrepant neque inter se conspirant perpaucis locis exceptis quos infra excutiam. insunt unicuique libro menda propria, Matritensi plurima paucissima Monacensi, additamento peculiari Parisinus 586 distinguitur.

Mon. 107 Monacensis 107, cuius possessorem pristinum cognovimus Ioannem Iacobum Fuggerum, castigatorem autem Laurentium Sifanum, nulla menda propria reliquit praeter 71,4 ὅ τε: οὔτε; 84,2 ἀλλὰ: ἀλλὸ; 86,18-19 πρό γε: πρός γε; 93,3 εὐγνωμονεστέροις: εὐγνωμονοστέροις. cetera enim velut 67,13 συντεταγμένω pro συντεταμένω et 71,25 περιαστράπτονται pro περιαστράπτοντα nec non vestigia exemplaris veteris ex. gr. 73,4 τὸ νωθῆναι; ib. 9 μητρώαν ἤδυι; 94,10 διαβαθυτέρας; ib. 19 οὐ κατονούσης; 89,3 κνίσης: κρίσης nunc librarius ipse in scribendo nunc aliae manus diversae eliminaverunt. multas insuper lectiones rectas aut varias Laurentius Sifanus ut ei mos erat cum siglis γρ̃ vel :|: vel + Monacensi intulit quas omnes ex codice Monacensi 47, eiusdem Fuggeri libro, sumere potuit.

Monacensis 107 cui textus inest optime conservatus recta via ab exemplari vetere descendisse putandus est. sed ipsum ceteris recentioribus exemplari fuisse non arbitror praesertim cum reliquorum neque menda neque adnotationes marginales ex Monacensis indole intelligantur.

Par. 585 Ille qui Parisinum 585, ut ipse indicavit, 'ex antiquo exemplari bibliothecae Grimanae' transcripsit, non tam errore quam studio lectiones variavisse videtur velut 69,17 καὶ alt om; 72,13 βλέπει ἕκαστον coll; 81,26 (vide p. LXXXVIII); 85,18 οὐρανίου: οὐρανοῦ (scil μέγεθος); 90,7 ἐπιχρονίζοι: ἐπιχρονίζοιτο (et D). in Parisino 585 manum correctoris non repperi. librarius ipse et adnotationem ad 80,16-18 in margine adiecit et ση ὡρ(αῖον) ad 89,24sq.

Matr. 4864 Scriba codicis Matritensis omisit 68,19-20 ἀλλὰ—ἕτερον, nonnulla transformavit mirae indulgens neglegentiae ex. gr. 67,8 ὑπόθεσις: ὑποθέσεσι; 68,13 post ἂν add μὴ; 75,9 post ἀκμητί add κὴ; ib. 15 ἀώρων: ἀοράτων; 80,15 post οὐσίαν add τε; ib. 24 μὴ: μὴν. alia vel gravius depravata librarius lineolis aut punctis denotavit et in margine cum nota γρ restituit cf 68,9 ὀξείας in textu et γρ ἀξίας in margine; 78,10 ἐν δίτημα et γρ ἐνδιαίτημα; 80,5 πατρίδα et γρ ἀκτῖνα; 87,19 κινήσεως et γρ κυήσεως; 90,2 κρατοῦντες et γρ κρατῆρες; 96,3 ὀδυνωμένων et γρ ἀνιωμένων; ib. 28 τὴν πονηρίαν: τῆς πορνείας et γρ πονηρίας. praeterea in margine adscripsit ση et ad 80,15-16 et ad 89,24, adscripsit ὡρ ad 89,26.

Par. 586 Parisinus denique 586, quem a Camillo Bartholomaeo de Zanetti scriptum, deinde a Laurentio Sifano comparatum esse infra demonstrabo, in foliis 280-293v haec menda graviora praebet: 67,19 προθυμία: προθυμίαν; 68,13 ἐκ om; ib. 25 ὥστε: ὥσπερ; 77,19 ᾧτε: ὥστε; 82,28 νόσου: νοῦς; 91,13 μητρολῴαι: μητρῷαι. librarius Camillus vestigia scripturae pristinae saepe retinuit cf ex. gr. 69,9 διάσε; 90,1-2 ποιεῖ τὴν: ποιητὴν; 93,18 ἐπὶ πονηρίᾳ γνωρισθέντων: ἐπιπονηρίαν ὡρισθέντων; 95,19 οὐδὲ: οὐ δεῖ, et 84,17 καταγυμνάσαντες: καταλυμνάσαντες. iteravit 72,5 ταῦτα οἷς τὸ εἶναι scil 15 litt, omisit 76,6-7 καὶ—αὐτοῦ scil 27 litt homoeoteleuto deceptus sed ipse in margine restituit. et alia menda pauca in scribendo correxisse videtur velut 72,10 διακένῳ: διαμένω sscr κ; 75,16 post τοὺς add ἀξίους sed del. permulta autem Sifanus in textu correxit aut in margine. adiecit et lectiones varias et verba 91,22 πρὸς—92,20 αἰτία, quorum damno tota haec stirps foedata est, ex codice, ni fallor, Monacensi 47 supplevit.

Parisinus 586 in folio 283r locum peculiarem praebet, quem in nullo alio libro manuscripto inveni. nam verbis 73,15 τὴν καταξίαν (sic) ἀντίδοσιν Camillus Bartholomaeus de Zanetti medio in versu haec continuavit:

> ἐντεῦθεν δῆλον τρανῶς, ὅτι καθάρσιον πῦρ ὁ π̅ὴ̅ρ̅ τὰς μετὰ τὴν τελευτὴν ἑκάστου τῶν ἡμαρτηκότων καὶ μὴ μετανοησάντων ἀξίως πρὸ τελευτῆς ἐν φλογῇ βασάνους φησί· κατὰ τὴν ἐν τῷ .. παραβολὴν περὶ τὴν τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ λαζάρου. δῆλον γὰρ ὅτι ταύτην ὧδε μέμνηται τῆς παραβολῆς τῷ εἰπεῖν, ἢ πυρὶ καθαιρομένη. τοῦτο διὰ τὸν πλούσιον, ἢ τῇ δρόσῳ τῆς εὐλογίας ἐναποψύχουσα. τοῦτο διὰ τὸν λάζαρον. ἤδὲ τοῦ ἀπελεύσονται οὗτοι μὲν εἰς αἰώνιον κόλασιν, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον ἀπόφησιν τοῦ δικαίου κριτοῦ οὔπω πρὸ τῆς κρίσεως χώραν ἔχει ἐν τούτοις (sic).

3 post ἐν τῷ sequitur aliquid per compendium scriptum quod prima manus delevit et pro eo in margine scripsit εὐαγγελίῳ 3-4 aut τὴν περὶ collocandum aut

τῆς pro τὴν restituendum et τελευτῆς vel sim post λαζάρου supplendum est 4
ταύτην falso pro ταύτης 7 ἀπόφησιν falso pro ἀπόφασις sed cruces sscr m pr.

post versus quos exscripsi librarius adiunxit verba ἢ (in fine lineae) πυρὶ καθαιρομένη et cetera quae 73,15 sequuntur. in margine autem adiecit ἑρμ´ i.e. ἑρμηνεία. scholium igitur quo theologus saeculi ni fallor XIV-XVI Gregorium Origenistam fuisse negavit et affirmavit purgatorium esse Camillus Bartholomaeus ex margine exemplaris sui in textum transposuisse videtur simili modo quo alibi (vide p. cxxxviii) glossam recepit. omnes explicationis versus manus altera quam Sifani fuisse opinor (vide p. cxliii) stilo suo circumduxit.

De ratione quae inter PVOKrecc intercedit

In hac familia plurimae quidem lectiones aut omnibus testibus communes sunt aut singulis propriae, sed restat discrepantia. nam P a ceteris secedit recte praebens 85,19 μεγέθους P cum M et Matr: μέγεθος VOK Mon107 Par585 Par586(b); conservat 93,22-23 οὐδὲν—ἀλήθεια P cum M: om VOKrecc; et cf 89,14 p. lxxxviii citatum. P denique solus recte titulum composuit (recc = WVOK). his locis, imprimis versibus 93,22-23 in P conservatis, adducor ut inter P et reliquos huius familiae testes distinguam. nam etsi lacunae homoeoteleuto effectae non multum valeant ad cognationem probandam, tamen cum scribas codicum praecipue V et O et Mon107 et Par585 religiosissimos fuisse experti simus, non est quod fingamus unumquemque eorum sua sponte eodem loco in eundem errorem incidisse. codicibus igitur VOKrecc exemplar proprium assigno, librum et mendis 85,19; 93,22-23 et vera lectione 89,14 distinctum.

Ex iis autem locis ubi P aliive in rectis a consensu stirpis desciscunt, si omnino alicuius momenti sunt, conicio et in exemplari PVOKrecc et in exemplari VOKrecc correcta quaedam ita fuisse ut inter vera et falsa librarii eligere possent cf 68,7 (p. cxxxiii); 77,5 (p. lxxxix); 82,21 (p. xci); 87,5 ὁ recte PK^{2}O^2 et cett: om MVOK; 89,12 καταληφθὲν PO^{2}Matr et cett (η ex ει corr Q deest Λ): καταλειφθὲν MVOKrecc.

Inter codices V, O, K, Mon107, Par585, Matr, Par586(b) alia atque fratrum ratio probari non potest. nihil enim valet quod V cum K congruit 83,8 et fortasse 70,10, nihil quod recentiores consentiunt cum O p. 93,18 ubi πονηρία recte Par585 Matr sed πονηρίαν O et Mon107(ν ult delev) Par586(b) (vide p. xcvii), aut recenti-

ores inter se consentiunt p. 94,21 ubi pro κοινωνία scr κοινωνίαν recc (ν ult denotavit Matr delevit Mon107 delevit corrector in Par586(b)). nihil valet nota similis quae ad 89,24sq margini et Par585 et Matr4864 inscripta est. non habeo igitur quo proprium illud exemplar quod Otto Lendle (op. p. CLXVIII cit., p. 130) recentioribus vindicavit confirmem. hoc tantum constat recentiores ex O cuius menda nesciunt (praeter 78,26 αὐτῆς quod omisit Matr ut O) originem non duxisse. neque eos ab O² edoctos esse puto quoniam plurimae lectiones quas O² restituit consensum familiae transgrediens in recentioribus mendosae sunt relictae.

Stemma igitur stirpis primae hac ratione delineatur



De altera stirpe eiusque cum quarta et tertia congruentia

Codicibus BEΛALS vel EΛALS crebrae lectiones communes sunt. quibus D tam saepe consentit, ut ipse cognatissimus esse videatur, rarius accedit stirps QJRΩ. in lectionibus enumerandis adhibebo codicem D et rectis et falsis, codices QJRΩ ubicumque in falsis conspirant.

67,13	ἅλματι B	: ἅρματι	EΛALS
68, 6	et pro ὅση scr ἡ et om ἡ ante ἐπίδειξις		B EΛALS
7	μόγις B	: μόλις	EΛALS
69,10	χροίσου BS	: χρυσοῦ	EΛA
		χρυσοῦ	L

12	θάλασσα Λ	: θάλαττα	B E ALS
13	τὸν B	: πρὸς τὸν	EΛALS et J
		sed πρὸς expunx	Λ S
14	ἀποξέοντος	: ἀποξύοντος	B EΛALS
ib.	στιλπνὸν	: λαμπρὸν	B EΛALS
23	αὐτὰς	: αὐτὸς	B EΛALS
70, 2	καλῶς EΛL	: καλὸς	B A S et RΩ (in var)
ib.	τὰ Λ	: τοῦ τὰ	B E AL
		τὸ τὰ	S
4	ἡμῖν	: om	B EΛALS
6	γένεσις	: γέννησις	B EΛALS
6-7	ἐν τοῖς ἔξω EΛ	: ἐν τοῖς ἔξωθεν	B ALS
8	δικαστηρίων	: δικαιωτηρίων	B EΛALS
14	τὸν alt B	: om	EΛALS
17	φησὶ ΛA	: φασὶν vel φασὶ	B E LS
	φησὶ in φασὶ mut sive Λ^c sive man rec		
ib.	ὁ λόγος	: om	B EΛALS

accedit D

71, 3	ὁ BD	: om	EΛALS
ib.	τὰ	: om	B EΛALS D
13	περιφορᾷ	: φορᾷ	EΛAL D
		σφαίρα	B S
16	τε alt	: om	B EΛALS D et R
17	ἀδιάλειπτον	: ἀδιάπτωτον	B EΛALS D
24	καὶ τῦφον	: καὶ τρυφὴν	B EΛALS
		om	D
72, 4	τὰ γένη	: γένη	B EΛALS et Q
		γέρα	D
7	ὑφεστῶσι BD	: ἐφεστῶσι	EΛALS
ib.	ἀφέλοιτο D	: ἀφέλοι	B EΛALS
12	ὅ	: om	B EΛAL(S) D
13	τῷ	: τοῦ	B EΛALS D
14-15	δι' ἀναπνοῆς BD	: διὰ πνοῆς	EΛ (δ.τῆς π.) et K et R (δια'' π.)
		διὰ ζωῆς	ALS
18	τις ΛD	: post ἔπεστι coll	B
		om	E ALS
74, 2	ἀντιδόσεως BD	: ἀνταποδόσεως	EΛALS
6	ἐλπίδα ALS	: ἐλπίδας	B EΛ D
19-20	ἀντιλαβεῖν BD	: ἀντιλαμβάνειν	EΛALS et JRΩ
75, 1	ἐκ	: καὶ ἐκ	B EΛALS D et QJRΩ
6	πλέον ἢ ἔλασσον	: πλεῖον ἢ ἐλάσσον	B D
		πλείων ἢ ἐλάσσων	EΛALS
		(πλείων ex πλεῖον et Λ et L)	
24	σὺ πάντα B	: σύμπαντα	EΛALS D et Q; πάντα J
76, 1	αὐτοῦ	: τούτου	B EΛALS
		τούτων	D
9	παρὰ B	: ἀπὸ	EΛALS D et QJRΩ
23	διαμάρτοιμεν BD	: διαμάρτωμεν	EΛA S et QJ Ω (-ο-)
		διαμαρτῶμεν	L

25	ἐν τοῖς οὖσιν BD	: ἐν τῇ φύσει	ΕΛALS et QJRΩ
77, 6	ἀρχὴν καὶ αἰτίαν D	: ἀρχὴ καὶ αἰτία	B ΕΛALS

deficit B

19	τοῦτον	: τοῦτο	ΕΛALS D et QJRΩ
78,16	κοινωνία	: ἡ κοινωνία	ΕΛALS D et QJRΩ
26	αὐτῆς	: αὐτῶν	D
		τοιαύτης	ΕΛALS et QJRΩ
79,17	αὐγὴν ES	: αὐτὴν	ΛAL D et QJ Ω
80, 2	ἀληθῶς ἀγαθοῦ	: ἀληθοῦς ἀγαθοῦ	ΕΛALS et JR
		ἀληθοῦς	D
		ἀγαθοῦ καὶ ἀληθοὺς	sic Ω
81, 2	κατεργάζεται D	: ἐργάζεται	ΕΛALS et QJRΩ
82,13	ὑγίειαν	: ὑγείαν	ΕΛALS D et QJ
83, 3	ὑγιείας	: ὑγείας	ΕΛALS D et QJR
86, 6	ὑπωρείαις	: ὑπωρεία vel -ία	ΕΛALS D
87, 1	ἐκεῖνος D	: ἐκεῖνον	ΕΛALS
14	ἄωρος	: νήπιος	ΕΛALS
		νήπιον	D
88,22	ἀρχῇ	: ἀρχαῖς	ΕΛALS D
89, 4	ἀκρισίαν SD	: ἀκρασίαν	ΕΛAL et K et Ω
12-13	τί γὰρ τὸ	: τὸ γὰρ	ΕΛALS τί γὰρ QJ
14	vide p. LXXXVIII	αὐτοῖς	ΕΛALS D et Q
25	μελιηδὴς	: μελιειδὴς	ΕΛALS D et P et QR
			corr ΛQR
91, 8	ἐπανενέγκωσιν LD	: ἀπενέγκωσιν	E
		ἐπανέγκωσιν	A
		ἐπενέγκωσιν	Λ S et J
93,19	γίνεσθαι	: γενέσθαι	ΕΛALS D
94,21	κοινωνία	: ἡ κοινωνία	ΕΛALS D et QJRΩ
96,15	κεφαλαίῳ S	: κεφαλαίων	ΕΛAL D

alterius stirpis partes cum aliis stirpibus his fere locis congruunt. (explicabo graviora, leviora et fortuita quae videntur enumerabo tantum. codices Λ L Q J R Ω ubicumque non laudantur recta servant.)

consentiunt cum D

praeter 71,1 (D = S); ib. 22 (μοι om ΛD); 76,21 (D = E); 87,13 (D = ALS); 92,7 (τὴν om ΛD); 93,2 (D = S); 95,16 (D = ALS)

BEΛ	74, 6	vide supra
EΛ	83,17	post ἐδύνασθε add ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε scil versum s. Pauli complentes EΛD
Λ	88, 8	συζήσεσθαι: συ- delev vid Λ ζήσεσθαι D
ALS	96,15	συναπτέον in textu L: συνακτέον ASD in marg L cum nota ÷

consentiunt cum tertia stirpe

praeter 71,21 (JRΩ = B et P); 77,15 (QRΩ = E); 82,14 (QRΩ = ALS et M); 93,21 (J = ALS); 95,6 (QJR = ALS)

ΒΕΛ	70, 7	τοῦ recte ΒΕΛQJRΩ om cett	
ΕΛ	71,12	ἐκ pr	om ΕΛQJRΩ
	73,13-14	τὸν κριτήν Λ^{c}	: τῷ κριτῇ ΕΛQJ τοῦ κριτοῦ RΩ distinx ante ἄρα ΕΛQJRΩ
	75, 7	μέλλοι	: ἤμελλε ΕΛ ἔμελλε RΩ ἔμελλον QJ(ἤ-) om in var D
	79,11	ὄντως J	om ΕΛQRΩ
	96, 4	ἀξίοις	: ἁγίοις ΕΛQJR deest Ω
Λ	79, 9	τις	: τε ΛQJR om Ω spatio relicto
ES	70,15	vide app crit ὑφ' ἡλίῳ LΛ (-ω ex -ο) ὑφ' ἥλιον QR (-ον in ω corr) ὑφήλιον ESJΩ	
ALS	77,22	φησὶν J	om ALSQ post θεὸς transpos RΩ
	88,14	ἐξουσία	: ἐνέργεια QJRΩ ἐξουσία τε καὶ ἐνέργεια ALS
AL	77,13	τινὶ	: φημὶ QJRΩ τινὶ φημὶ A φημὶ in textu, in marg τίνι sic L cum nota ÷
	79, 6	ὁμοίως ἐν ἀλόγοις τε καὶ λογικοῖς R:	ὁμοίως τε καὶ ἐν ἀλόγοις τε καὶ λογικῶς AL ὁμοίως τε καὶ ἐν ἀλόγοις λογικῶς QJΩ (sed add καὶ ante λογικῶς)
AS	84,22	τῶν μὲν	: καὶ τῶν QR fort ex corr S τῶν τε JΩ (τ') τῶν δὲ A τῶν LS τὸ μὲν D

consentiunt alterius stirpis partes et cum D et cum tertia stirpe seu tertiae stirpis partibus

praeter 79,24 (DQJR = O^{2}, Ω = A); 80,3 (Q = ΕΛ^{c}LSO^{2}K^{2} ἐπεσκότει D); 82,1 (DJΩ = ΕΛΚ); 85,27 (ἀδιαιρέτως ΛDQ); 87,18 (λέγεις DQ = A); 89,8 (DRΩ = A); 94,3 (ΛDJ = P sed corr ΛJ διὸ Ω)

B	77,13	εἶναι J	om BDQRΩ
ΕΛ	75,10	ἡ pr recte ΕΛ (ex corr) DQJRΩ om cett	
	93, 8	ἀγαθὸν QΩ	: ἀγαθῶν ΕΛDJ -ῶν ex -ὸν corr RO^{2}
Λ	84,21	ἑκάστου	: ἑκάστῳ Λ (ex -ου) DQ
	92,12	τούτῳ	: τούτων ΛD(post ζωῆς coll)RΩ
ΕΛL	78, 3	δὲ recte ΕΛLDQJR	: μὲν A om Ω et cett
ES	88,22	ἐξάγεται recte ESDQRΩ M^{2}K^{2}:	ἐξάγηται J et cett
ΛAL	74,11	θατέρου Λ(ex corr)QΩ:	θατέρῳ ΛALDJR(-ττ-) in marg nota ❧ L
	79,17	vide supra p. CI	
ΛA	85,26	ὅλος	: ὅλως Λ(ex -ος)ADR(scr o supra ω)P
ΛL	91,13	μητρολῴαι L(in textu)QJ:	μητρολοῖαι ADRΩ μητραλοῖα Λ(-οι- ex corr) 'μητραλοῖαι forte' im marg L cum nota ⁒
ΛS	95,13	vide p. CXXXIV	
S	88,23	ἐπιστάτου	: ἐπιστατοῦντος SD(-σταντουντ-)Q

De stirpe altera

Inquirentibus nobis in alterius stirpis indolem primum liceat memoriam BEΛALS et memoriam EΛALS simul aestimare. nam etsi textus in consensu BEΛALS semper fere consilio mutatus esse videtur, in consensu autem EΛALS nonnumquam errore depravatus, tamen inter utriusque memoriae rationem tradendi tantum non interest ut distinctio certa fiat ubi B deficit. neque codex D, testis quartae stirpis, qui alia cum aliis necessitate coniunctus est, etsi saepissime ut B se gerit, sine dubio pro B substitui potest.

Sunt lectionum aliquot neglegentia sola effectae velut 69,10; 72,7 (ἐφεστῶσι); ib.14-15; 75,24; 77,6; 79,17; 80,2; 87,1; 91,8. aliae quamvis depravatae tamen ratione non omni carent velut 67,13; 69,13; 71,3 (ὁ om); ib.24; 72,4; 75,1; ib.6; 77,19; 78,26; 87,14; 89,4; ib.12-13; ib.14. mutatam verbi significationem erroris causam fuisse opinor 78,16 et 94,19. locus olim corruptus deinde corrigendo in deterius mutatus esse videtur 70,2 ubi revisor καλὸς cum 1 κόσμος construens addidit τοῦ ut ea quae sequuntur adnecteret. huc fortasse pertinent 68,6 et 70,17. multae autem lectiones cum cura atque diligentia subtiliter variatae videntur velut 68,7; 69,12; ib.14 (ἀποξύοντος); ib.23; 70,4.6-7. 8. 14; 71,3 (τὰ om); ib.13. 16. 17; 72,7 (ἀφέλοι); ib.12. 13; 74,2. 6; 76,1. 25; 86,6; 88,22; 96,15. ut glossas veteres subiungo 69,14 (λαμπρὸν); 87,14. sunt inter has lectiones aliquot quas reicere non auderem nisi ipsa qua inventae sunt doctrina dissuaderet. neque enim dubium est quin haec textus memoria viris doctis debeatur. complures fortasse per saecula operam suam navaverunt, sed mirum in modum—nisi omnino in textu constituendo decepta sum—prior tractatus pars multo magis transformatam se praebet quam posterior, perinde ac si uni viro in recensendo plus voluntatis fuerit quam constantiae. quod si recensorem fingimus cum propria tum acquisita inferentem, non longum fortasse a vero absumus. sed varias lectiones veteres quas in stirpis partibus reperimus ad stirpis originem omnes reducere dubito. nam et inter auctores partium et inter testes ipsos docti viri erant qui in lectionibus conquirendis et eligendis industriam adhiberent.

De ratione quae inter alterius stirpis partes intercedat

Si quaeritur quae ratio inter BEΛALS et EΛALS intercedat, diiudicandum est utrum B qui non solum rectiora quam EΛALS praebet sed in falsis cum prima tertiaque stirpe conspirat (vide p.

lxxxviisq) praeter prognatos EΛ et ALS ut tertius filius ex eodem patre natus sit et ab alienis cum falsa tum recta sibi asciverit an ex fonte remotiore atque integriore ortus lectiones falsas tantum mutuatus sit. haec ratio verisimilior mihi videtur quam illa, primum quod B cum EΛ aut cum ALS rarius congruit, EΛ et ALS persaepe inter se conspirant, deinde in B rectiora passim reperiuntur sed initio omnia fere falsa quae cum prima tertiaque stirpe communia sunt. postremo in codicibus E et Λ et A et L et S una eademque operum series dinoscitur, non item in codice B. quae omnia non quadrant si codicem B exemplarium EΛ et ALS fratrem esse velis. accedit, si licet codicem D tamquam codicis B cognatissimum admittere, quod D in rectioribus cum B semper fere contra EΛALS facit sed lectiones primae tertiaeque stirpis hic non recipit. ex fonte igitur remotiore codicem B, ex fonte propiore familias EΛ et ALS derivans hoc stemma propono:



De codice B

B codex Londinensis Musei Britannici additamenti 22509 graecus membranaceus saec. X foll 76v-82

B Codici B olim infuerunt quaterniones non infra quadraginta. nunc restant decem neque ii omnes integri, inde ab κε´ usque ad λδ´ numerati (nunc ff. 1-51 et 52-72), quibus continentur Gregorii Nysseni Oratio catechetica et, post tria folia nunc amissa, Basilii Magni liber De spiritu sancto mutilatus qui olim, ni fallor, usque ad fasciculum μ´ pertinuit. accedunt folia viginti unum, nunc 73-93, ubi enumeratio fasciculorum non legitur. his foliis insunt fragmenta Gregorii operum De deitate, De infantibus, In Meleti-

um (quorum unum alterum excipit pristina serie servata), De vita Moysis, De vita Macrinae. si haec fragmenta ad amplitudinem operum integrorum computando complemus, quaterniones duodeviginti ad illos sedecim quos supra cognovimus addenda sunt. cum verisimile non videatur codicem in quarto formatum plus quadraginta quaterniones complecti, suspicor illa Gregorii opera quinque quae nunc mutilata in ultima codicis parte extant olim priore loco extitisse una cum paucis opusculis nunc ignotis quae in aliis sex fasciculis fuerint scripta, deinde Orationem catecheticam secutam esse, ultimum locum Basilii opus tenuisse. quamquam id praetereundum non est quod numerorum notas quas supra citavi κε´—λδ´ non prima manus sed altera vetusta fasciculis inscripsit, scriba autem ipse mirum in modum tractatui De infantibus numeri notam $\overline{\text{ρμη}}$ et orationi In Meletium $\overline{\text{ρμθ}}$ adiecit. si nihil aliud concludi licet, hoc saltem constat opera in codice B collecta si non numero at certe genere atque ordine ab iis differre quae in reliquis huius stirpis testibus inveniuntur. tractatus De infantibus in folio 76v (prius 73v) sine titulo incipit, in margine superiore manus saeculi circiter XIII titulum supplevit. post folium 81 (78) undecim ni fallor folia exciderunt. in folio 82 (79) tractatus noster desinit. (numerorum notae inter se differunt quoniam librarius recens cum dispersa tractatus De deitate fragmenta in unum colligeret priorem foliorum enumerationem mutavit.)

Scriba codicis B in orthographicis saepe peccavit cum vocalia itacismo confundens tum verba falso distinguens velut 68,2 μένων: μὲν ὣν; 75,21 μετὰ σχῶν τι. menda huius generis nisi aliquid momenti habent in apparatu critico non laudantur. e falsa verborum distinctione quam dittographia quae dicitur secuta est 72,8-9 τὴν οἴησιν in τὴν νόησιν pessumiisse opinor. confusio litterarum maiuscularum deprehenditur nulla. 75,8 scriba in textu discernendo aberrans 34 litteras, unum fortasse exemplaris versum, transiluit. alia in B peccata sunt proclivi errore velut 67,8; 68,9; 73,4, alia contextu male intellecto ex. gr. 69,3; ib.13; 74,11-12. ubi pro compositis verbis simpliciora redduntur, verborum tempora mutantur, ordo invertitur, socordia magis apparet quam consilium. ad usum loquendi communiorem adaptata videntur 68,8; 69,20; 70,10; 72,9; 77,2. sed consulto introductae sunt et glossa 68,12-13 et lectio docta 71,13 (cum S), bene omissum est 77,13 εἶναι (cum D et QRΩ), optime 76,25 ἐν τῇ φύσει (cum D). sunt loci quibus probatur scribam inter varias exemplaris lectiones eligere potuisse imprimis 70,21

ἐγένετο: ἦν καὶ ἐγένετο B scil utramque lectionem in fonte; 72,18 τις ΛD post ἔπεστι coll B om EΛALS scil in fonte omissum sed quodammodo adiectum. quibus adnumerem 68,5 v. p. CXXXIII; 69,4 post περιαθρεῖν 9 vel 10 litt eras in B περὶ α θρεῖν non sine haesitatione exaravit Λ: περιαερεῖν (ερ in ras scr) L cf A, in marg περιαθρεῖν L^c.

Ex illis locis quibus B cum prima tertiaque stirpe conspirat (v. p. LXXXVIIsq.) dubito an ipse codicum archetypus et variae in eo lectiones cognosci possint. nam e consensu BEΛALS exemplar stirpis proprium ut docti recensoris labor clarius elucet quam ut codicem B recta via ad archetypum possimus reducere. accedit, id quod iam supra monui, quod prima codicis B pars sola fere lectionibus illis infecta est. hoc autem conspirationis genus ex contaminatione oriri solet. sed codex B prius deficit quam nos de hac re certiores faciat.

De codicibus EΛALS

Ut in prima stirpe de qua vide p. XC ita in hac alterius stirpis parte testes notissimi extant qui permulta Gregorii Nysseni opera complectuntur studio atque industria Byzantinorum virorum congesta. ecce, opuscula dogmatica simili serie in codicibus E Λ A L S atque in codicibus M O K recc conservantur. licet enim videas in E et Λ et A et L et S alia post alia opera succedere, tamen si ea quae in dogmatica minora intermissa sunt removeris, seriem pristinam in unoquoque eandem cognosces. quam ut clariorem reddam opuscula septem in conspectum proferam numerorumque notis significabo quem locum unumquidque in codice suo teneat.

L		A		S		E		Λ	
						Fatum	(1)		
Ablab	(2)	Ablab	(2)	Ablab	(6)				
Hierium	(16)	Hierium	(4)	Hierium	(7)	Hierium	(2)	Hierium	(6)
Fatum	(18)	Fatum	(7)					Fatum	(8)
Eustath	(19)	Eustath	(9)	Eustath	(8)	Eustath	(9)		
Simplic	(20)	Simplic	(10)	Simplic	(9)	Simplic	(10)		
Harmon	(21)	Harmon	(11)	Harmon	(10)	Harmon	(11)	Harmon	(16)
				Fatum	(20)				
								Eustath	(19)
				Ep. 38	(22)	Ep. 38	(16)	Ep. 38	(21)
								Simplic	(32)

prisca partium series in codice L, apographo codicis Arsenii, maxime perspicua est. quaecumque enim in L intermissa sunt (a Carolo A. de Meyier, viro doctissimo diligenter enarrata), scilicet post

'Ablab' tredecim orationes in menologium compositas et post 'Hierium' Leonis I papae epistulam ad Flavianum ep.Const. (PL 54, 756-782 Mignei), ea haud difficile secernas. in eundem fere locum quem Epistula 38 in memoria MOKrecc obtinet testes huius stirpis libellum Contra fatum vocant. artissime autem inter se cohaerent 'Eustath' 'Simplic' 'Harmon' qui tractatus in Λ solo disiuncti sunt. sed haec hactenus. nam aliae similitudines inter testes primae et alterius stirpis non versantur, immo vero valde discrepant docti et ingeniosi librarii huius stirpis ab illorum religiosissima diligentia.

De familia EΛ

E codex Vaticanus graecus 446 membranaceus saec. XII foll. 23v-44v

Λ codex Musei Britannici Old Royal 16 D 1 graecus membranaceus saec. XII foll. 173v-181v

Codices E et Λ his locis exemplar suum commune patefaciunt (praeter ea quae p. LXXXVIII et pp. ICsqq citavi) 71,2; 72,4 τὰ pr om EΛ (scil τὰ alt om EΛ cum stirpe); 74,9 ἐν pr om EΛ; 77,4 ὡμολόγηται EΛ et RΩ; ib.9-10 om propter homoeotel EΛ (53 lit); 79,13 ἡ om EΛ; ib.16; 80,2-3 in marg adscr περὶ ἀγνοίας et E et Λ; ib.6 αὔτη EΛ (αὐτὴ RΩ); 82,1 (-βαλλ- et K et JΩ); 83,2 ἐκ om EΛ; ib.17 vide p.CI EΛ et D; 84,10 τε om EΛ et Q; 85,2; 86,15 ad τὰ νοήματα scr in marg τὰ μαθήματα E scr τὰ νοήματα μαθήματα in textu Λ cf prim et tert stirp p. LXXXVIII; 90,12 εἶναι post κατόρθωμα coll E om Λ (sed post τελείας recte sscr ipse), in exemplari scil incertae sedis; 91,5; ib.25 ἐλάσοντα E ἐλάσαντα ex ἐλάοντα in scribendo corr Λ; 94,13-14 καὶ—γενέσθαι om EΛ; ib.15; ib.19 (ἐπειδὴ δὲ R); 97,4. ea quae lapsu mentis seu oculi corrupta sunt enumeravi tantum; quae exscripsi ea cum studio atque discrimine mutata seu omissa puto. codicum EΛ cum tertia stirpe conspirationem p. CII citavi et recta laudans et falsa. de genere huius conspirationis infra p. CXXXI agam. nunc ad testes singulos.

E Scriba codicis E hic illic plane erravit cf 68,12; 72,9; 88,13; 94,4; 95,15. addidit 82,1 καὶ; ib.17 δὲ; 92,6 εἰς αὐτὸν (qua ratione nescio). plura omisit et pleraque ni fallor consulto velut 68,24; 73,13-14 (scil τῷ κριτῇ in exemplari EΛ); 74,22 (et RΩ); 76,21 (et D); 77,3; 83,1; 84,23; 87,3. pauca variavit velut 75,7 (εἰ δὲ); 84,13; 96,7 (et Q); 97,6. bene servavit 79,17 αὐγὴν et fortasse 88,22 ἐξάγεται vide p. CII. cetera quae sunt codici E propria indistincte adnotabo ut Λ ab E

separare possis; 67,9; 69,15; 77,15 (et QRΩ); 78,22; ib.26; 89,10 (et PVOKrecc); 90,22; 93,25-26; 94,10; ib.19. in margine librarius scripsit (praeter ea quae in exemplari legerat) ζήτ(ει) ad 87,11-12 εἰς ἄπειρον παρατείνεται ἡ διὰ τῆς καθάρσεως κόλασις. et hanc notam ad sensum spectare pro certo habeo et eandem in folio 147v ad libri De anima verba ἀπὸ κακίας κεκαθαρμένων (PG 46, 452 A4 Mignei) adscriptam. aliam notandi rationem pro sua parte suspicatur Andreas Spira vol. IX p. 530. in textu exemplaris discernendo scriba E fortasse haesit cum 92,12-13 (γ)ὰρ ζῆν τὴν in rasuram scripsit. alius corrector textum non attigit.

Λ Scriba codicis Λ nonnumquam cum aliis contra E facit: vide in conspectu pp. C-CII proposito 70,17; 79,17; 91,8 et 71,22 et 79,9; 85,27; 92,7, vide apud familiam ALS pp. CIXsq. laudatam 68,4; 78,12; 83,14; 84,12 (et RΩ); 86,14; 88,22; de 92,19 vide app crit. restant 69,18 καθαρεύειν Λ et B; ib.20 περιορᾶς Λ et R; 80,10 μὴ om Λ et Ω. etsi haec pleraque ingeniis scribarum fortuitaeque congruentiae tribuenda videantur, sunt quibus clarius appareat scribae codicis Λ varias lectiones ante oculos fuisse: cf (p. C) 70,2 et 72,18 quae Λ recta contra cognatos praebet, vide scribam vacillantem 67,18 ubi scr κοινῇ ut vid sed eras Λ; haesitans exaravit 69,4 περὶ α θρεῖν (vide ad B p. CVI); ib.13 (vide p. C); 82,22 ἀποκλύσας ex -κλεισ- corr Λ cf A; 83,13 scr μεταλαμβάνουσα sed in fine adiecit ν Λ μεταλαμβάνουσαν Q; 85,10 scr ἑκατέρω sed sscr ου Λ; de 70,15; 75,10; 84,21; 88,8; 95,13 vide p. CI et CII. alia quae minoris momenti sunt p. CII citavi. neque multum valent ceteri loci correcti ubi Λ cum aliis consentit velut 67,14 κἂν ex καὶ corr Λ καὶ tertia stirps; 77,14 τοῦτο ex τούτω corr Λ cf M; 80,24 τῷ ex τὸ corr Λ τὸ prima stirps. in scribendo praeterea librarius mutavit 81,16 τε in δὲ; 84,14 τοῦτο in τούτου; 87,1 δι(ελθὼν) eras παρ inscr Λ lectiones inferens alibi non notas. paucos errores et tritissimos a scriba Λ ipso sublatos praetermitto. aliis manibus aetate ni fallor aequalibus, quas cum neque inter se neque a manu prima facile distinguantur siglo Λ^c denotavi, alia sunt correcta quorum gravissima sunt recta 68,5; ib. 7; 77,17; 80,18 de quibus vide p. CXXXIIIsq., praeterea 77,6 ἔχειν Λ ἔχει Λ^c et Q; ib. supra ἑαυτοῦ scr τῷ Λ^c; 82,17 τῶν (om Λ sscr Λ^c) κατὰ (in ras scr Λ^c ut vid) τῶν νηπίων Λ τῶν περὶ τῶν νηπίων Q. manus recentior 85,14-15 τῇ...θεωρουμένῃ in τῆς ... -μένης sagaciter mutavit. ut redeam ad ipsum librarium Λ, vir doctus addidit pauca: 67,10 καὶ post δὲ; 78,14 καὶ ante οὐκ; 86,15 τὴν ante ἀρετὴν; 93,3 τὸν ante λόγον (sed expunx). omisit plura partim neglegenter partim ni

fallor consulto: 69,6 τε; 71,22 μοι (ut D); 76,7 πάλιν; 77,18 αὐτῷ; 78,16 τε; 79,22 ἐν; 80,25 ἀναγκαίως; 81,20 τὴν μετουσίαν; 85,9 τοῦ alt; 87,13 βίον; 91,15 ταύτῃ; 92,7 τὴν (ut D); 97,3 καὶ, omisit 89,11-12 ἄν—τῷ; 92,2 παντὶ—βλέποντι; 93,16-17 τὸ—ἀντιλαμβάνεσθαι unde conicio versum exemplaris unumquemque circiter litteras viginti quattuor comprehendisse. pro verbis compositis librarius simplices reddidit 68,10 ἑρμηνεύων; 71,13 σκοπεῖ; 73,17 ἀναφύχουσα; 80,20 ἐργάζεσθαι, sed 90,23 scripsit ἐμφαίνοιντο. verborum ordinem quater mutavit, structuram bis: 72,11-13 distinx post γνῶναι et post ὅ in fonte omissum om τι et scr βλέπειν; 91,7 pro ἔχοντες scr ἔχουσι. variavit cetera hoc modo: 68,12 ἀποσκιάζουσα; 70,4 φιλοσοφίας; ib.8 ἐκεῖ; 71,10 κεκαθαρμένος: κεκοσμημένος et σ et η eras; 74,17 ἐκεῖ: ἐπεῖ; 78,20 περισπασθείσης; 82,1 ταύτῃ: αὐτοῦ; 84,3 λέγεται: γίνεται; 86,17 τε: δὲ; 87,11 κατατείνεται, ne in lapsibus quidem inscite. pauca restant plane errata quae enumerare supersedeo. titulum inscripsit γρηγορίω ἐπισκόπω (sic) νύσσης περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἁρπαζομένων παιδίων Λ sscr νηπι Λ^c^. in margine codicis notulae diversae leguntur, a prima manu scriptae videntur ση ad 73,14-15; 85,9-10; 91,19-20, ὅρα ad 73,14-15 et 87,11 (cf E). de 80,2-3 vide supra ad ΕΛ.

De familia ALS

A codex Venetus Marcianus graecus 68 membranaceus saec. XII foll. 127v-141v
L codex Leidensis Gronovianus graecus 12 chartaceus saec. XVI foll. 128 (p. 269)-138v (p. 290)
S codex Vaticanus graecus 1907 chartaceus saec. XII-XIII foll. 31v-34v
ex codice S descriptus
Z codex Vaticanus graecus 1433 membranaceus saec. XIII foll. 68v-77v

Codices A et L et S ut in aliis ita in hoc opere tradendo textum ex uno eodemque fonte derivaverunt, ex codice Arseniano, quem scriba L exemplar suum nominavit. de huius exemplaris indole certiores fimus ubicumque tres aut duo testes conspirant.

Consentiunt ALS: 68,4 σοὶ (et Λ); ib.23; 69,4; 71,2; 72,14-15 διὰ ζωῆς; ib.15; 73,9 (et M^2 vel M^3); ib.12; 75,21; 77,22; 80,21 (vide infra); 82,14 (et M); 84,12 (et Λ et RΩ); 86,19; 87,6; ib.13 (et D); ib.16; 88,14; 89,10; ib.16; 90,17; ib.18; 91,8; 93,21; 94,7.12.14; 95,6 (ποῦ L); ib.16 (τούτου: τούτω); ib.19. addenda sunt ea loca ubi

unus alterve corrigendo discrepat: 78,12 ἀεικίνητον: ἀκίνητον AL (et Λ) εὐκίνητον S; 79,18 ὁμογενοῦς: μονογενοῦς A ὁ μόμογενοῦς L (sed del ὁμ) φωτὸς S; 81,9 εὖ: οὐ ALS sed S expunx, L in marg et notam ·-·· et 'εὖ forte' adscr; ib. γίνεσθαι AS γινέσθαι sic L; 90,4 ἐμπιοῦσιν: ἐμποιοῦσιν AL(sed -ο- del) ἐκπιοῦσιν S; 95,15 συνεργίαν: συνεργείαν AL (et O) ἐνέργειαν S. lacunam autem 80,21-23 ubi ὁ—μετουσία om ALS iam in exemplaris exemplari fuisse e coniectura 80,21 ζωὴ ALS apparet. quam lacunam S insuper sanare voluit verbo ἐπλούτησεν inserto, L obelo circumpunctato 21 τὴν denotavit et in margine apposuit 'ἡ τοῦ θεοῦ μετουσία for'.

Consentiunt A et L: 69,4 ἐνεστὸς; ib.10 τοῦ om; 70,9 (et Λ^c); 73,3; 77,5; 79,6.9; 80,7; 86,14 τὸ (et Λ); 88,22 προκειμένων (et Λ); 90,15; 91,6; 92,5. corruptelas huiusmodi librarius S, cuius sagacitatem iam supra cognovimus, ex suo potuit sanare. accedunt cetera quae L praecipue corrigere contendit: 69,4 vide ad B p. CVI; 69,21 προλαβόντων S et corr in A: προσ- A prius, L; 70,12 τῷ S, et L in marg: τὸ AL; 74,11 vide p. CII; 75,19 ἀλογία S: ἀλοπά AL, in marg nota ·-··ν L; 77,13 vide p. CII, obelis circumpunctatis usus est L; 83,14 τρέφοντος S ex -τα corr L (et Λ); τρέφοντα A; 87,10 τῷ S: τὸ AL sscr τοῦ L (τῷ ex τὸ Λ); 90,22 γυμνὸν S, et L in marg: γυμνῶν AL; 91,13 ἐναγέστερον S: ἐναργέστερον A(ρ eras) L; 94,8 κακὸς S ex κακῶς corr L (et R): κακῶς A (et OJ). his locis ubicumque S cum L correcto congruit exemplar commune correctum deprehenditur.

Consentiunt A et S: 70,17-18; 72,9; 74,14; 76,7; 83,2; 84,15; 87,15; 93,1 (mut S); 96,1; ib.15 vide p. CI. scribam codicis L, qui hos errores sua sponte tollere vix posset, in exemplari communi aut novas correctiones invenisse aut veteres diligentius respexisse suspicor.

Consentiunt L et S: 69,10 πλίνθων A: πλίθων SL, in marg 'λίθων forte vel πλήθων vel πλίνθων' L; 84,22 vide p. CII.

De fonte igitur codicum ALS communi haec possumus confirmare. perpauca erant addita praeter 88,14 τε καὶ ἐνέργεια variam scilicet lectionem in textum ad rectam appositam cf tertiam stirpem p. CII. studiose variata erant 68,4; 72,14-15.15; 73,9; 80,21 (post lacunam veterem detectam); 82,14; 86,19; 89,16; 95,19. consilio nescio an omissa sint 69,4; 71,2; 77,22; 87,16; 90,17.18; 91,8; 94,14. cetera errori magis quam rationi debentur. unde apparet memoriam textus in hac familia ALS aliquanto neglegentius quam in familia EΛ tractatam esse. confusio maiuscularum litterarum his locis deprehenditur 69,4 (Є pro Θ); 75,19 (Π pro ΓΙ); 79,9 (Π pro

T); 87,15 (X pro K). in codice L codicis Arsenii forma etiam evidentior est. nam scriba L saepius haesit in scriptura exemplaris continua ex. gr. 72,15 τὸν ἀέρας πᾶσα L, in marg recte; 77,9 ἀναυξητινᾶ L, in marg nota ⁓ ...; 95,1 εὐεργετουμένων: εὐεργέτου μέρων L. ut hoc loco litteras ν et ρ confudit ita in 89,3 ubi κνίσης ex κρίσης correxit L. alibi confudit μ et ν, μ et ρ, ον et ου. exemplar igitur quod inspexit litteris minusculis exaratum erat. ex iis quae L omisit (sed in margine restituit) 84,12-13 ἀγκάλη—κίνησις; 93,23-24 ἡ ἀλήθεια—τε καὶ; 96,20-21 ἀμετρίαν—τῶν apparet exemplaris lineae unicuique litteras ad viginti quinque inscriptas fuisse. varias lectiones et correctiones in codice Arseniano iam prius fuisse quam scriba codicis A textum deprompsit non solum in 88,14 perspicuum est sed etiam in 77,13; 96,15 et in 79,18 (vide p. CI-CII et p. CX et confer A infra). in Arsenianum etiam correctiorem librarii codicum S et L incurrisse videntur (cf Wernerum Jaeger vol. VIII 1 p. 11sqq). de notulis marginalibus vide ad S infra.

Fonte ALS communi demonstrato de testibus ipsis haec sunt addenda.

A Scriba codicis A litteras addens vel omittens vel inter se confundens textum saepe depravavit. omisit verba singula 70,18; 71,5.13; 80,19; 86,8; 90,4, omisit complura 90,3-4 (30 litt). quod 91,1 pro ἐπιθυμίαις reddidit εὐφηθυμίαις nescio an εὐφημία vel simile quid in margine exemplaris invenerit. vir admodum rudis unde ea quibus memoriam stirpis suae transcendit sumpserit nisi ex variis exemplaris lectionibus non liquet cf 70,17 (p. C); 78,3 (p. CII). neque certum est utrum scriba ipse 69,21 et 91,13 rasuris correxerit an alius quidam.

L Auctor codicis L vir doctus atque diligens praeter menda supra citata aliaque leviora haec tantum praebet propria 74,19 add καὶ ante τὸ pr; 76,6 add τοῦ ante θεοῦ; 79,20 αὐτὴν (ut in lin 17); 86,5 τὸ om; 87,22 τούτων. quod recte scripsit 76,1 ἱδρυθεὶς solus cum Q, id sua sponte fecisse videtur, sed exemplari monitus scripsit 69,10 χρυσοῦ; 70,2 καλῶς et ad 91,25-92,1 in margine admonuit ὑποκατάστασιν (sic) sententiam Origenis notificans. correcturas non una ratione adhibuit. nam multa iam in scribendo rasuris correxit aut statim in margine restituit, multa autem cum opus suum revisit primum in textu lineamentis denotavit deinde in margine sanare conatus est ductu paululo mutato. ubi nulla remedia invenire potuit signum ⁓ vel ▪ -·· vel utrumque apposuit. ex 81,9 (supra p. CX cit) suspicor librarium non omnes lectiones quibus vocabulum 'forte'

adiecit e codice Arseniano hausisse. sed ad exemplar recurrisse videtur ubicumque obelis circumpunctatis usus est (vide p. CIsq: 77,13; 91,13; 96,15). cetera marginalia signa simili modo in nostra parte atque in aliis codicis partibus adhibita sagacissime investigavit Jacobus McDonough (supra p. LVIII). manum alteram bis discrevi: 75,8 pro δεῖν L scr in marg δεῖ L^2; 87,10 pro βάτος L scr in marg βάθος L^2.

S Ille qui codicem S exaravit vir vere eruditus textum erroribus vix foedavit. multa recte coniciens suo Marte restituere potuit, alia ab exemplari ALS communi derivare. sed 71,13 σφαίρα (et B) et 75,19 ἀλογία, si non plura, eum aliunde sibi arcessisse arbitror. in S pauca correcta vel expuncta sunt quae primae manui adscribere omni-
Z no non dubitarem nisi apographon fidele, Z, ea immutata conservavisset. cf 68,5 ἡβώῃ ex -οι corr in S: ἡβώοι Z; 69,13 πρὸς expunct in S extat in Z; 81,9 οὐ expunct in S extat in Z; 88,21 εἰ: ἢ ex corr in S peculiari quidem ductu: εἰ Z. manus altera semel in S manifeste deprehenditur 83,2 ἐν αὐτῷ ex ἑαυτῷ corrigens: ἑαυτῷ Z. locos in Z correctos hic mihi liceat subiungere: 95,13 πρός τι quod in S legitur, in Z ex πρὸς τὸ (ut vid) correctum est nescio an prima manu. corrector aetate aequalis, Z^2, praeter propria codicis Z peccata correxit 69,10 πλίθων SZ in πλίνθων Z^2; ib.13 ὡς πρὸς in ὥσπερ mut Z^2; 80,15 add οὐχ ante οὐσίαν Z^2; 90,24 πεπλανημένω recte S: -ων Z -ως Z^2. corrector Z^2 igitur codicem S non inspexit. manus ni fallor tertia 85,14 restituit. pro S evanescente apographon sub siglo (S) in apparatu laudavi.

In margine codicis S multae notulae marginales a prima manu adiectae patefaciunt quanto studio quantaque observantia hoc Gregorii opus aetate Byzantina vergente exceptum sit. quae notulae in S vetustate valde obrutae nunc in apographo Z integriores leguntur. apparet signum σῃ ex. gr. ad 91,23; 92,11 adscriptum, sed locus 73,15-17 nota non significatur. (librarius codicis L signo proprio similes fere locos nonnullos atque scriba codicis S denotavit. ad exemplar commune fortasse haec quoque reducenda sunt.) ad 86,17 grammaticus quidam in S notavit ἀπὸ κοινοῦ τὸ, πῶς οὐχ ἂν διαλάβοι τῷ λόγῳ quae verba in S praeter signum evanuerunt, in Z extant a scriba post 17 ἀληθείας in textum inculcata.

Sunt denique in margine codicis S scholia dogmatica quae Z nondum noverat. ut verbis utar Pauli Canart, scriptoris Bibliothecae Vaticanae doctissimi, codicem 'postillis ornavit theologus quidam saec. XIV (XIV-XV?) qui impios et falsificatos affirmavit

locos doctrinae Origenianae τῆς ἀποκαταστάσεως faventes' (Codd. Vatt. gr. 1745-1962 tom. I p. 639). quibus e scholiis ad nostri libelli p. 91,23 spectat hoc:

ἔοικε τὸ παρὸν τοῖς ἐν τῶ κατηχητικῶ προγραφεῖσι βλασφήμοις· ἀποκατάστασιν γὰρ δογματίζει καὶ τοῦτο· ἀλλὰ διχόνοια τίς τῶ [λε]κτῶ πρόσκειται. φησὶ γὰρ τὴν κόλασιν αἰωνίαν κάθαρσιν ἤτε θεραπείαν τῶν ψυχῶν· εἶναι (sscr) εἰ μὲν (sscr) οὖν αἰων(ιος)· πῶς ἄρα θεραπεύθήσεται (acc supra πευ delet) καὶ πότε καθαρθήσεται· αἰώνιον γὰρ τὸ ἀπέραντον ση(μαίνει)· εἰ δὲ [....] τίς θεραπεία γενήσεταί ποτε, [π]ῶς λέλεκται αἰώνιος ἐπειδὴ π̣..ποι[.]ὅπερ ἐστὶ χρονιὸν, τέμνεται τοίνυν [...ώς] οἶμ[αι]..[...]θεῖα..[........]σεως κ̣α̣τ[.θε]ραπείας ...[.] παρεσπάρθαι +

ex verbis supra lineas insertis concludo theologum illum hanc sententiam transcripsisse non excogitavisse. ad 95,22 παραθήσομαι idem scripsit non rectam fidem sed sensus consequentiam desiderans ἀσύνδετον τὸ παρὸν, καὶ οὐ πρὸς τὴν ἐρώτησιν συμβ[ι]βαζό[μενον].

De stirpe tertia

Hanc stirpem testantur

- Q codex Taurinensis graecus C I 11 in fine membranaceus saec. X-XI foll. 331-346v
- J codex Vindobonensis theol. graecus 35 chartaceus saec. XIII foll. 14v-17v
- R codex Vaticanus graecus 444 chartaceus saec. XIV foll. 223-235v
- Ω codex Oxoniensis Bodleianus Barocc. graecus 27 chartaceus saec. XIV foll. 300v-314v, 319

Inter testes praestat Q aetate, fidelitate excellit J. cum in utroque series operum antiqua non iam cognoscatur, gratum habemus quod reliqui duo, R et Ω, gemelli e proprio auctore, vetustum quendam ordinem conservaverunt. in his enim opera quibus Gregorius Christianos ad perfectam et vivendi et moriendi formam instituit subtili ratione collecta sunt: De beatitudinibus, De oratione dominica, De vita Moysis (deest in Ω), Ad Harmonium de professione, De perfectione, Oratio catechetica, De mortuis, De infantibus, De anima et resurrectione (deest in Ω. et Ω initio et in fine ab R discrepat). operum ordinem atque delectum in R et Ω persimilem Wernerus Jaeger patefecit. idem vir doctus librorum memoriam ad saeculum circiter X eiusque originem ad Athoa monasteria reduxit. cum R et Ω quodammodo coniunctum vidit Wer-

nerus Jaeger codicem Q, vidit Gunterus Heil pro sua parte codicem J (cf vol. VIII 1 p. 148sq, vol. IX p. 7sqq et cf Herbertum Musurillo vol. VII 1 p. XIII). de quattuor libris et de mutua inter quattuor ratione hic primum agitur. enarrabo testes singulos, deinde qui sint fontes intermedii quaeram, postremum fontem communem demonstrabo. ad conspectum pp. CXXIII-CXXV propositum loci quos non exscripsero aut alio retulero referendi sunt.

De testibus singulis

Q Codex Taurinensis, quem in editione Leidensi multi iam enarraverunt, post folia 330 chartacea saeculi XIV continet alia sedecim membranacea in quibus tractatum De infantibus manus vetusta usque ad 97,1 πονη(ρίας) stilo fluente et nitido scripsit litteras nunc supra lineas nunc in lineis exarans. ultima tractatus verba in margine folii 346v inferiore manus recentior saeculi XV-XVI subiunxit quae nusquam ni fallor apparet in cetero codice. unumquodque folium membranaceum versus duodetriginta complectitur, unusquisque versus litteras circiter triginta tres. ex eo quod memoria Taurinensis membranacei cum codicibus Vaticano 444 et Barocciano 27 simili ratione coniuncta est atque Taurinensis chartaceus, colligo folia Taurinensis 331-346 ex eo exemplari superesse unde librarius Q saeculi XIV si non omnia Gregorii opera quae descripsit at certe illa in quibus cum R et Ω conspirat sumpserit.

Auctor codicis Q, vir acutus et in grammaticis versatus, memoriae corruptione saepe offensus textui restituendo diligenter operam navavit. multa huius laboris exempla proponi possunt. tractavit corruptelas e consensu QJ nobis notas (vide p. CXX) 70,1; 75,7-8; 77,2 οὐδενὸς: οὐδένα γὰρ QJ et ib.4 ἐνισταμένου J sed ἐνίστασθαι Q; 86,19, tractavit corruptelas e consensu QJRΩ notas (vide etiam pp. LXXXVIIsqq) 67,11-12; ib.15 et 16; 74,11 ὧν om QJRΩ et post οὐθέτερον add δὲ Q (et om ἔσται Q qua ratione nescio); 77,5 αὐτὸ: οὐδὲ QJRΩ et pro ἑαυτοῦ scr αὐτοῦ Q (cf A); 83,10; 86,14-15; 87,5; 88,3; 89,1; ib.19, tractavit corruptelas e consensu primae et tertiae stirpis notas (vide pp. LXXXVIIIsq) 84,9-11 et om τὸν παρόντα βίον et pro εὑρεῖν scr ἔχειν deinde ... θήρας ... συμποτικὰς θυμωδίας Q; 86,11-12; 95,13; 96,25. menda vetustissima quae cum paucis sanavit infra p. CXXXIIIsq laudabo. temptavit etiam 85,14 non quidem τῇ ὄντως σοφίᾳ mutans sed 15 σοφίᾳ omittens. ex his locis e quibus propria viri vis atque natura elucet cetera sunt aestiman-

da. quae addidit omisit mutavit ad rationem dicendi iustam ut ei videbatur pleraque spectant: scr 69,13 ἀπόθεσις ὥσπερ; ib.22 τῇ om ut legeret διπλῇ χειρὶ; 71,9 πρὸς om; 72,10 κἄν: εἰ καὶ Q; 73,2 τὸ δάκρυον om scil satis ei fuisse ἐλειτούργησε τῇ φύσει; ib.3 post ἀπήρξατο add ἅμα; ib. post πρὶν add ἤ; 75,2-3 scr μετέχον; 76,19 εὐθέως; ib.25 οὖν om; 82,13 scr παραδεχόμενος; ib.19 (vide p. cxx); 83,1 scr τοῖς ... ὄμμασι; ib.11 add δεῖ ante μετέχειν; ib.13 scr μεταλαμβάνουσαν (ut Λ corr); ib.18 νοητῆς om; ib. ἡ om (et K); 84,7 scr εὐδοκίμους; ib.10 τε om (et E Λ); ib.12 scr τιτθῆς; ib.17 γυμνάσαντες verbo s. Pauli adhaerens; 86,3 scr βλάστησιν; 87,2-3 διὰ τοῦτο in διὰ τούτων in scribendo mutavit; ib.21 τὸν alt om ut legeret ἀπαιτοίης λόγον (et S); 88,15-16 μετέχειν ante ἐὰν coll; ib.21 τῇ om; ib.23 (vide p. cii); 89,7 ἐν om; ib.10 scr ὑμῖν an auditorium respiciens?; ib.18 δὲ post νοεῖ om; 90,5 scr ἄλλοι; 91,1 πλατύνεσθαι; ib.5 add τέκνων ante ἔχοντες; 92,4 scr περιόντι; ib.19 τούτων post ζωῆς coll; 94,9 scr ἀβούλητος; ib.11 scr τὰ pro τὸ; 95,3 ἑκατέρω; ib.17 διατυποῦσθαι; ib.20 βιοτεύσαντες; 96,7 τῶ pro τὸ (et E). quae lectiones dignae sunt ut in contextu inspiciantur. licentiosius egit sive corruptelas suspiciens sive morae impatiens cf 70,19-20 τῆς ... παλάμης: παλάμαις Q; 73,13; 74,19-20; 75,14 τὴν ἐν κακίᾳ ζωὴν: τὴν κακίαν Q; 82,17; 84,21 scr προσοῦσαν ἑκάστω Q; 85,27 scr ἀδιαιρέτως (et Λ D) sed om καὶ Q; 87,23-24 δι' ἐπιμελείας ... δι' εὐχῆς: ἐπιμελείᾳ ... εὐχῇ Q. in aliis quid error quid consilium effecerit haud facile distinguas ex.gr. 80,4 διὰ τὸ πάθος QJΩ et ib.5 διαλύεσθαι Q (et Z²); ib. 12 ἢ ante καὶ add; ib. 16-18 et om οὐσία et om πολὺ μᾶλλον ἡ ἄγνοια et scr τοῦ recte Q (τοῦ et Ω); 89,13-14 et om τοῖς πατράσι et scr αὐτοῖς Q (vide p. lxxxviii); 94,13 γενέσθαι καὶ om. errores manifesti sunt pauci: 67,9 ὁ om; 71,24 scr δόξαν ἐπιθυμίας (et Ω); 72,3-4 inter lineas vagans pro τὴν ... θεωρουμένην scr τὰς (ex corr) ... διαφορὰς (eras) θεωρουμένας (-ας ex corr); 77,10 τρόπος (et Ω); 84,23sq (vide p. cxx); 87,6 μακαριστότατος (et ALS); de 94,16-17 et 95,25-26 vide p. cxxiisq. in p. 95,25-26 scriptura continua erroris causa fuit; litterae exemplaris minusculae confusae videntur ubi scriba Q παρ(α) pro περι reddidit 67,8; 76,11; 94,16, et -ιω pro -ια 84,8. nonnulla quae scriba Q in scribendo mutavit seu correxit velut 69,18 τοῦ: τὸ Q (cf R) sed corr Q; 80,14 ἐνδείκνυνται Q (et Ω) ex -νυται Q; 86,19 (v. p. cxx); 87,5 lectiones exemplaris varias fortasse non indicant, sed in 93,11 manifestum est scribam talibus occurisse, in 81,25 verisimile videtur. neque ex suo sed aliunde eum recepisse quae recte scripsit 67,15 (τῶν ἀγώνων); ib.18; 79,2; 81,26

(v. p. LXXXVIII) pro certo habeo. cetera pleraque ingenio viri docti ascribere velim. quomodo sensum dogmaticum respexerit ex p. 91,25 (app crit) intelleges. alia manus vetus in margine adiecit notam ση ad 82,17-18; ib.27-28; 84,21-22; 87,13, recentior adscripsit πυρι κα ad 73,16. aliae alias notas alibi attulerunt.

J Codex Vindobonensis theol. 35 libellum De infantibus in ea parte qua opera recepit integra integrum reddidit. de codice vide praecipue quae C. Pasquali docet vol. VIII 2 p. XLVsq et vide supra p. LXXII. vir ille qui hunc librum properante stilo suum in usum confecit, id non studuisse videtur ut textum sibi traditum suo arbitrio emendaret vel transformaret sed quam diligentissime describeret: (discrepantias huius testis omnes citabo quisquiliis solis exceptis.) vir eruditus in celeriter scribendo neglexit 69,2-3 ἐλπίδων ὀφθαλμοῖς προορᾶν (23 litt) transiens ad novum folium, et omisit 70,21 σοι; 74,20 μήτε; 75,1 τοῦ; 82,27 καὶ alt; 93,13 τοῦ γένους; 95,8 καὶ. huc fortasse pertinet 84,23sq (vide conspectum QJ). depravavit 73,8 ἑαυτῷ: αὐτῷ; 74,17 δείξει: δόξει; 78,25 δοξάζεσθαι: δέξεσθαι, et in altera tractatus parte diligentia paululum labente scripsit 82,2 ὡς pro ᾧ; ib.8 συνεχθέντες; 89,26 ἃ μη pro ἅλμη; ib.ἡ ἀδηδιστική; 90,6 ἐμποτίσεως; 91,22 ἐπισχεδιάζων; 95,7 θεία pro χρεία; ib.23 ὑψηλὸν; ib.25 εὐφροσύνη; 96,11 διερμηνεύοι (sed recte 10 ἡ). huc pertinet 83,21. itacismo librarius J nonnumquam indulsit. litteram exemplaris -ω ab -ου fortasse distinguere non potuit. nam pro 69,16 τοῦ ἰοῦ scr τῷ ἰῷ sed bis sscr ου, et vide 72,8 in conspectu QJRΩ et 73,8-9 in conspectu QJ. errori potius quam studio corrigendi debetur quod J scripsit 67,15 γήρους; 69,11 ἀπέδειξεν οὕτως coll; 72,11 τύχοι; ib.18 ἔπεστι: ἕπεται; 74,17 συναλλακτικὴν; 75,15 τοιαύτων; 85,26 κατέχουσιν; 91,12 ἢ: καὶ; ib.14 add καὶ ante εἰ; ib.16 συμβαίνει; 96,10 ἁμαρτιῶν. glossa pro vera lectione in textum admissa est 78,16 ἐμβριθὲς: τϊ βαρὸν (sic) J. casui quoque tribuam congruentiam cum B 67,12 et 72,20, cum M 74,23, cum ALS 93,21, cum PΛD 94,3, vide p. CII. perpauca restant consulto mutata: 76,20 et add κατά ante τινα et om τῷ J; 93,22 add πᾶσα ante ἀλήθεια J; 95,14 μὴ om J ut locum corruptum sanaret. quam caute et prudenter egerit in 85,22 maxime perspicitur ubi QRΩ i.e. fons communis pro ἀτονεῖν reddiderunt ἀγνοεῖν sed J scripsit ἀγωνιᾶν. adde e conspectu QJ 82,19 et fort 75,7-8 (αὐτῶν); ib.24, adde e conspectu QJRΩ 67,12 (si J ταῖς excogitavit) et 70,5. e variis exemplaris lectionibus nescio an elegerit 70,12. aut suo ingenio aut aliis nisus J 67,13 τῷ ante ἅλματι posuit (v. p. LXXXIX); 72,8 αὐτὸν pro αὐτὰ propterea scrip-

sisse videtur ut τῷ λαμπρυνομένῳ quod scripserat construeret (vide etiam p. LXXXVIII). sed 69,13 πρὸς quod J cum altera stirpe legit ex suo non sumpsit vir ille diligens neque ceteras lectiones quas solus cum prima stirpe communes habet aut contra cognatos suos rectas praebet (vide pp. LXXXVIIIsq; CII; CXXIsq).

R In codicem Vaticanum 444 eruditus quidam textum manu nitida descripsit et diligenter correxit rasuras in scribendo adhibens aut verba supra lineas postea inserens. formam exemplaris patefacere videntur verba a verbis male distincta ex.gr. 72,5 ἀν τ̓όυ δενὸς; ib.5-6 οὐ κ αθ'ὑπόστασιν, pronuntiationem peculiarem peccata huiusmodi 69,10 κροίσσου; 70,7 πλάττων; 74,8 ἐπαγγέλεται indicant. itacismo librarius vix semel peccavit. omisit 68,9-10 ὁ—διερμηνεύων (sed restituit in marg); 70,18 τινος (et A); 71,16 τε alt (vide p. C); 74,19 φησὶ. ubi Ω deest aut R aut exemplar RΩ om 88,6 δυνάμει post προγνωστικῇ; 92,10-11 ὥστε—θέλημα; 96,24 τὸν ante θεὸν. R addidit 68,9 τε post ἀμήχανον; ib.23 σου post κεφαλῆς; 80,25 τὴν ante τοῦ θεοῦ (cf S); 93,20-21 (vide ad RΩ), ubi Ω deest addidit aut R aut exemplar RΩ 87,25 αὐτῶν post καταкρατοῦντος; 97,2 τὰ ante πάντα. ut haec pleraque non carent ratione ita cetera librarii sagacitatem probant. errores perrari sunt praeterquam quod R scripsit 68,24 ἐπίσησι; 71,25-26 τοῖς ἀλογωτέροις; 76,17 τεινόντων; 82,12 συμβουλῆς; 83,4 ἀντιλογίας; 85,2 μετέχειν; 93,16 χαλεπώτατον ἂν ἐκείνοις. neque multa reducta sunt ad usitatiora velut 69,20 περιορᾷς (et Λ); 83,10 οἴομαι; 94,12 ὅπου: ὅτε (et D), ubi Ω deest 87,23 δι' ἐπιμελείας: ἐπιμελῶς; ib.26 ἀναμφίβολόν; 88,3 τις: τι. consulto sunt mutata 69,18 τοῦ: τὸ (post τοῦ λαβεῖν RΩ); 72,8 αὐτοὺς; 75,12 δεῖν: δεῖ post infinitivum; 80,4 τὸ πάχος coniectura docta; 96,8 νίφεται secundum s. Scripturam cf lin 2, ubi Ω deest 87,10 τῷ: τοῦ; 88,4 ἐπικόπτειν; 95,26; 96,24. in coniciendo librarius deprehenditur 86,14-15 (v. p. LXXXVIII) et 93,20-21 (vide ad RΩ). virum haud ignarum et ea quae cum Q communia habet sua sponte excogitavisse opinor. item fortuita congruentia R cum aliis consentire videtur 70,18; 71,16; 80,25 et 69,20; 94,12 de quibus vide supra; 72,14-15 (vide p. C); 82,21 et 94,7-8 (vide p. XCI); 94,19 (vide ad EΛ). ubi R vacillat 70,15; 85,26; 93,8 (vide p. CIIsq) nescio an varias lectiones ante oculos habuerit. sed eum recta quae contra cognatos suos praebet non omnia divinare potuisse mihi persuasum est.

Ω In codice Barocciano tractatus noster extat variis lacunis mutilatus. deest 87,22 εἰ—88,8 βίος argumentum ex quo exemplum convivii pendet, desunt 73,16-17 πυρὶ—συναναψύχουσα (sic QJR) et

87,10-13 τῷ—καθάψαιτο et 91,22-92,11 πρὸς—εἴη propter offensionem dogmaticam. ille qui offendit, nexum inter sententias novum construit vide p. 92,11 app crit. amissa sunt verba 70,9-11 ἢ ὥστε—δηλαδὴ homoeoteleuti causa, sed 95,16-97,6 τῷ τοιούτῳ—προσθήκη τῆς ea de causa quod unum folium post folium 314 excidit, primum folium ni fallor fasciculi quaternionis cuius cetera folia nunc in codice disturbata olim ordinem tenuerunt 319, 315-318, 320, ultimum ut primum desideratur. in textu describendo librarius itacismo saepe quidem peccavit accentusque confudit sed diligenter hiatus vocalium elisione vitare solebat. articulos praepositiones coniunctiones neglexit passim. in altera tractatus parte verborum ordinem nonnumquam variavit. verborum formas et verba ipsa mutavit sensum nunc servans nunc pessumdans. ut pauca e pluribus afferam: scripsit Ω 72,6 pro οἰκείαν: ἰδίαν; 75,9 ἀκαματὶ (et D); 82,10 ἐπαγόμενα; 87,7-8 et om καὶ et pro περὶ scr διὰ et pro διὰ scr παρὰ; 88,19 εὐρωστῶν; 89,18 δὲ: δή, et scripsit Ω 68,17 παρασκευάζειν; 71,20 παρέχειν; 75,15 ἀώρων: ἄλλων; 78,8 ἀοράτων: ὁράτων; ib.13 αἰσθητῶν: νοητῶν; ib.22 γῆς: φύσεως; 81,4 τοῦ: τὸ; 85,10 ὁμοίω: βίω (error ex vetere litterae beta forma ortus); 93,7 τοὺς: τοῖς; 95,2 ἐνεργείας: εὐεργεσίας. huc fortasse pertinent 71,24; 77,10; 80,14 quibus in mendis Ω cum Q congruit. et Ω addidit καὶ 72,12 ante πρὸς, ib.18 post ἅμα, de 80,2 vide p. CI, addidit μὴ 78,20 post ὡς ἄν, 92,14 ante κακῶς, omisit μὴ 80,10 (et Λ); 94,9 πάντως om. haec omnia fere evenerunt socordia librarii aut eo quod partes magis quam totum contextum ille perspexit et mente vel auribus in verbis finitimis haesit. a studio corrigendi vel transformandi quod in Q, in R, in exemplari RΩ experimur librarius Ω longe afuit. nihilominus accidit ut attentiorem quam cognati se praeberet ex.gr. 68,10 post εἰ ἐκ τ.ἐ. (scil errorem stirpis) scr συγκεχραμένη; 74,19 φησι post γάρ coll Ω om R; de 76,1 vide p. CXXXIV), et rectiora Ω reddit 83,3 (ὑγιείας); ib.21; 95,6 (τοῦ, vide p. CI). et haec et ea quibus Ω cum alienis consentit, 75,9 Ω ut D vide supra; 86,3 add τοῦ ante φυτοῦ Ω ut D; 88,20 Ω ut PVOKrecc; 89,4 Ω ut K et EΛAL, vir ille socors sed non inscitus ipse efficere potuit. utrum suum ingenium secutus 70,21 φιλοσοφίαν καὶ ante μεγαλοφυίαν et 86,19 διδασκαλίαν καὶ ante φιλοσοφίαν addiderit an varias lectiones acceperit non liquet praesertim cum Q in 86,19 rasuram adhiberet, neque in aperto est quomodo congruentia qua Ω et Q in rectis 73,3; 80,18 (τοῦ Ω! vide p. CXXXIV); 87,5; 93,8 consentiunt effecta sit. de exemplari suo dubitans Ω omisit spatiis relictis 75,25 (διεκ)ελεύσω; 79,9

(vide p. CII); 94,16 δι' ἀριθμοῦ (spat 5 litt). exemplari fortasse monitus scripsit 71,7 σεληνιαίου, coniecit 95,13 χρησίμων (ut ed. 1615), conservavit vestigia recti si omnino vestigia sunt 68,5 et 70,2 (vide p. LXXXVIIsq); 71,5-7 (vide ad RΩ); 79,6 (vide p. CII).

De fontibus intermediis et de fonte communi

His in fontibus enarrandis locos supra pp. LXXXVIIIsq; IC-CII et infra pp. CXXXIIIsqq laudatos plerosque praeteribo. neque ex ceteris testibus omnes qui congruunt in falsis adhibebo praeter Λ et L et D quos diligenter respiciam.

R Ω Fons intermedius qui codicum R et Ω consensu manifestatur eruditi cuiusdam fuit recensio. infuerunt lacunae duae homoeoteleuto effectae quarum neutra contextum destruit 73,5 τὰς—διακεχυμένος om RΩ (fort διαλελυμένος ut in Q ita in fontis RΩ fonte); 85,16-19 ἀναλογικῶς—κατανοήσας om RΩ. praeter has lacunas praeterque errores proclives 67,6 ἐνδιαθέοντος: εὖ διαθέοντος; 86,21 μηδενὸς: μὴ πρὸς falsa verborum distinctione ortos et 68,20 ἑκατέρω: ἑκάστω; 69,18 τὸ: τοῦ; 75,3 ἀναμφιβόλως; 87,22 κρίσιν: κύησιν; 89,3 ἡδυσμάτων: ἐδεσμάτων; 90,1 ἐντρίβουσα; 91,4 ἀτέχνων: τέκνων et pauca huius modi alia nihil in hac memoria reperitur inconsiderate mutatum. cum ratione recensor variavit verborum formas ex.gr. 70,19 κεράμῳ: κεραμίω; 80,6 αὐτὴ (cf E); ib.18 πολλῶ; ib. ὁμολογεῖται (et D); 83,3 τῆς νόσου; 84,1 γένωνται; 91,11 θυμῷ: θυμώδης; 92,12 τούτῳ: τούτων (et ΛD) 93,24 κατεδέξατο (et D), commutavit verba ipsa velut 73,15 τὴν κρίσιν: τὸν λόγον; 80,19 τοίνυν ἂν: οὖν; 86,2 δέχεται: ἐνδέχεται; 87,9 κατὰ κακίαν: διὰ κακίαν, et verba omisit ex.gr. 77,9 τινα, 78,6 λέγω; 88,15 τινα, et verba transposuit ex.gr. 67,6 θαυμάτων post εὖ διαθέοντες; 82,21 θεραπείας post ἑαυτὸν (ut D) ut hyperbata efficerentur; 90,16 scr τὴν τῆς κακίας ὕλην ut ordinem usitatiorem redderet. sententiis construendis incubuit: 70,12-14 συγγνώσῃ ... τῷ γήρᾳ ... ἀποδεξάμενος: συγγνώσῃ ... τῶ γήρα ... ἐπιδειξαμένω RΩ; 71,5-7 ἢ ... ἥδεται ... ἢ ... κρίνει: εἰ (ἢ Ω) ... ἐνίδοι ... ἢ ... κρίνοι RΩ; 76,20 ἐπιθέντας τῷ λόγῳ: ἐπιθεῖναι τῶ λόγω καὶ RΩ; 86,1 post τοσοῦτον add δὲ RΩ; ib.7 τε: δὲ RΩ; 93,20-21 πᾶς ἂν ὁμολογήσειεν: ὁμολογήσειεν ἂν RΩ (add ὁ supra lin R). eiusdem generis erat transformatio quam Ω deficiente solus R testatur 92,3-6 ὡς ... οἴεσθαι: ὃς ... οἰηθείη R. recensor RΩ etiam corruptelas veteres ingeniose tractavit: 67,15; de 68,5 et 69,12 vide p. LXXXVIIsq;

72,22 (τί οὖν: δι' οὗ RΩ cum stirpe) post ἐν ἐκείνῳ add γνωρίζεται RΩ; 73,12-14 (ante ἄρα distinx ante παραστήσεται non distinx RΩ cum stirpe) πῶς π.τ.ο.τ. ἔχειν ὀφείλεται· ἄρα κ.ἡ.ψ. τοῦ κριτοῦ παραστήσεται μ.τ.ἄ. τῷ βήματι RΩ. huc pertinere arbitror etiam mutationem 92,6-11 de qua vide app crit. et vide supra ad R. conspiratio inter RΩ et alienos certa non reperitur. legunt RΩ ut B 70,13, ut E 74,22, ut EΛ 77,4, ut ΛD 92,12, ut ALS 84,12, ut ALD 89,8; 91,13 de quibus vide p. CII, legunt RΩ ut V 84,1, de RΩD vide p. CXIX et p. CXXIX. quae omnia casu evenire potuerunt. sed quaeritur unde auctor exemplaris RΩ rectam lectionem 72,9 οἴησιν sumpserit et rectiorem quam cognati praebeat 86,14-15 de quibus vide p. LXXXVIII, et quaeritur utrum ea restituere potuerit quae consensus QJ—si fons QJ proprius non intercedit—in fonte codicum QJRΩ corrupta fuisse arguit.

Q J Q et J his locis aut ambo communiter aut propria lectione uterque communis fontis corruptionem patefacere videntur

68,24	ἀπλανὲς	RΩ:	ἀπλαδὲς	Q
			πλανεδὲς	J
70, 1	διεξιέτωσαν	sic RΩ:	διεξιόντες ἀνυμνείτωσαν	Q
			διεξιόντες	J
73, 8-9	τοῦ ... συνεχομένου	RΩ:		
			τῶν ... συνεχομένων	Q
			τῷ ... συνεχομένῳ	J
75, 7-8	μέλλοι ... αὐτῷ	:	ἔμελλε ... αὐτῷ	RΩ
	(vide p. CII)		ἔμελλον ... αὐτοῖς	Q
			ἤμελλον ... αὐτῶν	J
75,24	σὺ πάντα	RΩ:	σύμπαντα	Q et D
	(vide p. C)		πάντα	J
77, 2	οὐδενὸς	RΩ:	οὐδένα γὰρ	QJ
82,19	ἄγνοιαν	RΩ:	ἀκμὴν	Q
			ἁμαρτίαν	J
84,23sq	διαμένει ἀμέτοχος	RΩ:	διὰμετοχῆς	Q
			ἀμέτοχος	J
86,14-15	vide p. LXXXVIII			
19	τὴν τῆς θ. γραφῆς φιλοσοφίαν	R:		
			τὴν τῆς θ. γραφῆς διδασκαλίαν καὶ φιλοσοφίαν	Ω
			τῆς θ. γραφῆς τὴν φιλοσοφίαν (τὴν φιλοσο in ras scr)	Q
			τῆς θ. γραφῆς φιλοσοφίαν	J
89,13	τὸ	RΩ		om QJ
92,15	ὁ	RΩ		om QJ et D
deest Ω				
95,24	που τῆς ἑαυτοῦ	R :	τῆς ἑαυτοῦ που	QJ
96,24	ὢ (sic) ... τις ... παρρησία	R:		
			ὃ ... τῆς ... παρρησίας	QJ

ex his locis 70,1; 77,2; 86,14-15; 96,24 aliquid valere videntur ad artiorem codicum Q et J propinquitatem probandam. si proprium codicibus fontem olim fuisse colligas, memoriam stirpis habes in eo bene servatum, immo tam bene ut de paucitate mendorum mireris. si menda qualia sint et quam pauca respexeris, hoc potius fingas ab exemplari totius stirpis primum exemplar RΩ derivatum esse, deinde mendis illis illatis et codex Q et codex J originem duxisse. sin auctor exemplaris RΩ quomodocumque edoctus ea quae Q et J corrupta praebent restituere potuit, ad originem stirpis illae corruptelae reducendae sunt. quaerentibus porro utrum ex crebro codicum QRΩ contra J consensu quem infra subiungam fons intermedius codicibusque QRΩ proprius eluceat, quaestio tripartita iterum nobis movenda est. facile quidem fingas librarium hic illic in describendo neglegentem menda QRΩ communia effecisse. sed non aliter atque in consensu QJ hic quoque paucitatem mendorum miramur si totum huius librarii opus deliberamus. neque verisimile mihi videtur in hac stirpe cuius non solum partes omnes praeter J sed etiam auctor ipse in textu mutando luxuriant exemplar tanta religione descriptum esse quantam in testibus primae stirpis M P V O cognovimus. quod ad lectiones attinet quas auctor J contra QRΩ praebet rectas, nonnullas vir prudens ipse excogitare potuit sed non omnes. imprimis in 69,13; 79,11; 85,19; 92,5 et 94,16-17 auctori J lectiones aut ab exemplari totius stirpis aut de alieno accipiendae erant. ab alieno fonte auctorem J mutuavisse non puto. neque enim verisimile est virum prudentem data eligendi facultate totiens leviora respexisse graviora neglexisse, menda dico graviora multa quibus J una cum memoria totius stirpis laborat. in fonte igitur codicum QJRΩ correcturae infuisse opinor sive iam ante sive post quam exemplar RΩ et codex Q textum ab eo acceperunt. quas correcturas auctor J respexit.

Q R Ω Sed haec hactenus. subiungam consensum QRΩ in quantum fons proprius comprehendi possit. si fontem intermedium QRΩ non agnoscas fonti QJRΩ communi hunc consensum retribues. (de aliis qui accedunt vide pp. LXXXVIIIsq; CIsq; CXXXIIIsq. app.crit.)

68, 7	τούτου	QRΩ:
	τοῦτο	J
69,13;70,5;72,8 vide in conspect QJRΩ		
73, 2	τοῦ	QRΩ:
	τὸ	J
73,14	ὑφέξει	J:
	καὶ ὑφέξει	Q
	ἢ ὑφέξει	RΩ

73,15	λήψεται	J:
	καὶ λήψεται	QRΩ
74,15	vide in conspect QJRΩ	
77, 6	εἶναι (alt)	J:
	τὸ εἶναι	QRΩ
7	τὰ αὐτὰ	J:
	ταυτὰ	QRΩ
13	εἶναι	J:
	om	QRΩ
15	τοῦ ante θεοῦ	J:
	om	QRΩ
22	φησὶν	J:
	post θεὸς coll	RΩ
	om	Q
79,11	ὄντως	J:
	om	QRΩ
81,26-82,1	μήτε ἀγαθὸν	QRΩ:
	om	J
82,14	αὐτοῦ	J:
	ἑαυτοῦ	QRΩ
83,15	τὸν	QRΩ:
	τὸ	J
18	φησὶν	J:
	om	QRΩ
85,19	ἄπειρον	J:
	ἀόρατον	Q
	ἀκατάληπτον	RΩ
22	vide in conspect QJRΩ	
86,16	διὰ τοῦ	J:
	δι'	QRΩ
88,22	ἐξάγεται	QRΩ:
	ἐξάγηται	J
90, 5	δὲ	J:
	om	QRΩ
91, 8	ἐπανενέγκωσιν	QRΩ:
	ἐπενέγκωσιν	J
92, 5	τούτου μόνον sic	J
	τούτου	QRΩ
93,15	ἐπὶ	J:
	om	QRΩ
94, 8	γενέσθαι	J:
	γίνεσθαι	QRΩ
13	ἐάσάσε	J
	εἴασε	QRΩ
16-17	ἴσως γὰρ τῆς θείας δυνάμεως διὰ πάντων γνωριζομένης	J:
	ἴσης (ἴσον Ω) γνωριζομένης τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως	RΩ:
	ἴσως γνωριζομένης	Q
95,13	πρὸς τὸ	J:
	πρὸς τι	RΩ
	πρός τι	Q

deest Ω

95,25-26 ὅταν ἀντιπαραθεωρῶσι J:
ὅτι τἀναντία παρα
θεωρῶσι Q
ὅταν αὐτοὶ θεωρῶσι R

Priusquam consensum totius gregis exponam haec habeo monenda. suspicio non abest, ut demonstravi, quin fons QJRΩ communis (et exemplar RΩ consequenter) variis lectionibus confertus sit. qua ex varietate intellegi possit quomodo unus alterve testium memoriam et cognatorum et stirpis primae transcenderit (imprimis vide pp. LXXXVIIIsq de Q 80,13; 81,26, de RΩ 72,9, de R 95,13; 96,25, vide p. CXVII de J. et vide p. CII). varietatis vestigia fortasse in iis quoque locis reperiuntur ubi gemellorum R et Ω alter ab altero desciscens cum Q aut cum J facit et insuper librarii vacillant cf 70,12; 80,14; 87,5; ib.22; 89,19; 96,2 infra. sed non liquet de copia variarum lectionum in fontibus versantium neque satis liquet de genere. nonnumquam quod Q et Ω consentiunt id casu evenisse, quod Q et R congruunt simili librariorum studio effectum esse opinor. optimum fontis testem habeo J, etsi correcta quaedam acceperit, quoniam omnium rarissime propriis indulsit. ubi J cum gemellis aut cum uno gemellorum consentit fontem totius gregis QJRΩ semper fere perspici arbitror. ut haec ita cetera quae sunt difficilia secundum uniuscuiusque testis vim atque naturam diiudicanda sunt. et de erroribus bene observetur quid a quo effici potuerit.

Nunc demum ad consensum QJRΩ exponendum aggrediamur. (quod initio huius capituli admonui, etiamnum respicias.)

Titulus: τοῦ ἁγίου γρηγορίου ἐπισκόπου νύσης Q τοῦ αὐτοῦ JΩR (in fine inscriptionis adiectum) πρὸς ἱέριον QJRΩ περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἁρπαζομένων νηπίων QJ(ἀφαρπαζομένων) R (νηπίων om) Ω(ὥρων) cf Λ p. CIX.

67,11 τὸ οὖς μόνον ταῖς om QJRΩ
11-12 τῶν λόγων ταῖς ἁμίλλαις J τὰς τ.λ. ἁμίλλας RΩ τὴν τ.λ. ἅμιλλαν Q τῶν λόγων ἁμίλλαις in fonte?
14 ἐλαύνοντες QJRΩ(ἐξε-)
ib. ἐπεὶ δὲ: ἐπειδὴ QJRΩ (ἐπεὶ δὴ) vide p.
ib. κἂν: καὶ QJRΩ et Λ(sed corr)
15 μένη τῶν ἀγώνων ὁ ἵππος: τῶν ἀγώνων μένοντα τὸν ἵππον Q μένων τῶν λεγομένων ὁ ἵππος J μένων (μένοντα R) τῶν τελουμένων ὁ ἵππος (τὸν ἵππον R) RΩ μένων τὸ λεγόμενον ὁ ἵππος in fonte?
ib. αὐτὸν om QJRΩ
16 καταχροτούντων QJRΩ
ib. διεγειρόμενον QR: διεγειρόμενος JΩ
18 πυκνῶς Q: πυκνὰ JRΩ

68, 6 ὅση: ἴση QJRΩ(ἴση)
10 ἐκ Q: εἰ ἐκ JRΩ
13 γίνοιτο QJRΩ
23 post ἀνυμνείτω add σου QJRΩ
25 ἐκ τοῦ: ἐν τῷ QJRΩ
69, 4 ἐνεστὼς Q: ἐνεστὸς J ut AL, fons ut vid, ἐντὸς RΩ
12 ταῖς om QJRΩ
13 τὸν QRΩ: πρὸς τὸν J vide p. c, an fons?
14 ἀποξέσαντες QJRΩ
20 οὐ: σὺ QJΩ σὺ οὐ R
22 τινος om QJRΩ
70, 2 καλῶς τὰ τοιαῦτα: καλῶς ταῦτα J et fons, ταῦτα καλῶς Q καλὸς ταῦτα RΩ vide p. c
3 ἀποκινείτω QJRΩ
5 ἁρπαζομένων QRΩ ἀφαρπαζομένων νηπίων J inscriptionis ut vid memor
11-12 τὸν εὑρεθέντα λόγον: τὸν πόνον QJRΩ
12 μόνην QR: ἢ μόνον J μόνον Ω varietas in fonte?
13 ἡμῶν om QJRΩ
71, 1 ἐπ' ἴσης: ἐπὶ γῆς QJRΩ
18 ἀεὶ: ἔχει QJRΩ
24 δόξης ἐπιθυμίαν JR: δόξαν ἐπιθυμίας QΩ
72, 8 τοῦ λαμπρυνομένου ... αὐτὸν: τῷ -μένῳ ... αὐτὸν J τῶν -μένων ... αὐτὰ QR(αὐτοὺς) Ω vide p. lxxxviii, de fonte non liquet
11 κατορωρυγμένη R: κατωρυγμένη QJΩ
16 ἐν τῷ κόσμῳ om QJRΩ
20 τι QΩ: τε JR varietas in fonte? cf K[2]
22 τί οὖν: δι' οὗ QJRΩ
73, 1 γενέσεως QJRΩ ut MB
3 τῶν θρήνων QΩ: τὸν θρῆνον JR ut AL
12 νοεῖν QJRΩ
13 ἔχειν; ὄψεται: ὄψεται ἔχειν· J ἔχειν ὀφείλεται· RΩ εἴπωμεν· Q ἔχειν ὄψεται· in fonte, vide p. cii
17 συναναψύχουσα QJR om multa Ω
74, 4 προανήρηται QJRΩ
7 ἑκάτερον: ἕτερον QJRΩ
15 ταύτης J: ταύτην QR de Ω non liquet
19-20 vide p. c et scr ἀντιλάβετε et om ἐστε δίκαιοι Q
22 τοῦ Q: om JRΩ
75, 2 τῆς ζωῆς om QJRΩ
4 τύχη Q τύχοι JRΩ
4-5 νενομισμένων ... γάμων QJRΩ et L(sed corr)
76, 9 θείας: ἰδίας QJRΩ
14 ἀτελὴς R: ἀτελῶς QJΩ
23 vide p. 18 διαμάρτοιμεν R
77,10 τόπος JR: τρόπος QΩ
78, 8 τε Q om JRΩ
12 τε om QJRΩ
79, 2 βλέπειν Q: προσβλέπειν JRΩ
12 μένοντος QR: μὲν ὄντος JΩ ὄντος D
17 vide p. ci αὐγὴν recte R
80, 2 vide p. ci ἀληθῶς ἀγαθοῦ Q
4 τοῦ βάθους: τὸ πάθος QJΩ τὸ πάχος R
14 ἐνδείκνυται JR: ἐνδείκνυνται Q(ν tert sscr) Ω

81,25 τὸ pr sscr Q om JRΩ
82,13 vide p. CI ὑγίειαν RΩ
17 κατὰ τὸ νήπιον J κατὰ τὰ νήπια RΩ περὶ τῶν νηπίων Q cf p. XCI et cf Λ p. CVIII
83, 3 vide p. CI ὑγιείας Ω
21 ἑκατέρω Ω: -ου Q -ας J -ων R
85, 4 θεωρία: χώρα QJRΩ
14 τῇ ὄντως σοφίᾳ QJ(ὄντος) RΩ(οὕτως)
22 ἀτονεῖν: ἀγνοεῖν QRΩ ἀγωνιᾶν J
87, 5 καλῶς Ω ex κακῶς corr Q: κακῶς JR
22 γεγενημένα QΩ: γεγεννημένα J(ν alt sscr) R
88, 3 τοῖς ἀπηγορευμένοις Q: τῶν -μένων JR deest Ω
89, 1 εὐσχημόνως ἢ διαρκῶς ἡ τράπεζα JRΩ(ἤ: ἢ) εὐσχημόνως ἡ τράπεζα διαρκέση Q
4 vide p. CI ἀκρισίαν QJR
18 δὲ JR: δὴ Ω om Q
19 ἐμπειρίαν QR ex ἀπειρίαν corr J ἀπειρίαν Ω
24 ἀναρριπίζοντες R: ἀναρπάζοντες QJΩ ἐναρπάζοντες D
90, 7 χρονίζοι QJRΩ
22 εὐπρόσωπον: εἰς πρόσωπον QJRΩ
91,20 ἐμπαραμένει QJRΩ εμπαραμένουσι (sic, scil ib. τοιοῦτοι) D
91,22-92,20 vide app crit. nota bene 92,7 QJR et D, 92,15 QJ et D
93, 8 vide p. CII καὶ om QJRΩ et D
11 καταστοχάζεται Q-τοχ-in ras scr: κατασκευάζεται JRΩ et D
19 διὰ: παρὰ QJRΩ
94,15 παιδευθείη JΩ: παιδευθῇ QR et D
95, 7 τῇ τοῦ om QJRΩ et D
13 πυρός: τινὸς QJRΩ
13-14 vide p. LXXXIX τῶν ἀναγκαίων τοῦ βίου D: τῶν ἀναγκαίων τῷ βίῳ R τῶν ἐναντίων τοῦ βίου J τῶν χρησίμων τοῦ βίου Ω (scil ex 95,17 ut ed. 1615 et v) βιωφελὲς Q

deest Ω 95,16-97,6

95,26 ἀγαθοῖς: ἀδελφοῖς QJ ὀφθαλμοῖς R
96, 2 ἀσεβοῦς J om sed sscr R: om Q(post ἐκδίκησιν ca 2 litt obrut aut eras) et D
24 vide supra p. CXX οἷς: ᾧ R ὃ QJ οὗ D
97, 1 vide p. XCI προεληλύθασιν JR
7 ὑποτίθεται Q(scil man rec): δίδωσιν JRΩ

ecce non una fontis facies. primum hic fons gravibus erroribus corruptum se praebet: laborat prava verborum divisione 71,1; 89,1; 90,22; (95,25-26, v. p. CXXIII), confusione litterarum maiuscularum 79,17; fortasse et 77,13 (p. CII), minuscularum, ni fallor, 70,3; 73,17; fortasse et 80,4; 89,19, utraque scribendi ratio causa confusionis esse potuit 69,20; 95,13 (aut Τ pro Π aut ν pro ρ). praeter verba minora velut 70,13; 81,25; 93,8; 95,7; (96,2) amissa duae lacunae maiores contextum corrumpunt, 67,11 et 92,7 (vide p. CXXXI), a nullo correctore temptatae. his aetate antecedisse videtur corruptela 67,15 quam mutationes ib. (αὐτὸν om) et 16 (καταχροτούντων) consecutae sunt. locus ipse nescio an ea de causa pessum-

ierit quod lector quidam proverbii ἔξω τοῦ ἀγῶνος memor in margine τὸ λεγόμενον notavisset. correctio mendi vetustioris etiam in 79,6 (p. CII) λογικῶς sentitur. cetera fontis vitia manifesta habes 68,6; ib.23 (contra clausulam); 71,18; 72,8; ib.22; 74,7; 75,4; 76,9; 77,6 (p. CXXII); 79,9 (p. CII); 85,4; ib.22; 87,5; 90,7; 95,26. deinde in hoc fonte lectiones reperiuntur non sine sensu variatae. vide quomodo varia lectio recepta sit 86,14-15 et quomodo fortasse reiecta 72,16 (pp. LXXXVIIIsq), vide correcturas praeter eas quas supra citavi (67,15 et 16) 68,10 (perperam quidem); 74,11 (p. LXXXIX); 76,14 (an propter 12 ἢ καὶ?). vide mutationes vel omissiones neque ineptas neque graves 67,18; 69,12; ib.22; 70,5; 91,20; 92,1 (vide app.crit); 93,8 (p. CII). ad simpliciorem loquendi rationem atque usitatiorem haec conformata esse suspicor, ut plane apparet in 89,24; 97,7 et in ceteris. e quibus solum excipiam 72,11 κατωρυγμένη QJΩ et 74,4 προανήρηται QJRΩ quas lectiones in apparatu critico me non exhibuisse doleo. postremum in hoc fonte recte cum paucis, imprimis EΛ, conservata sunt 68,7 τούτου (vide p. CXXXIII); 70,7 τοῦ QJRΩ et BEΛ; 75,10 ἡ pr QJRΩ et EΛD; 78,3 δὲ QJR et EΛLD om Ω, fortasse et 80,18 τοῦ (vide p. CXXXII). et discrepantiae alterius stirpis imprimis familiae EΛ eaedem saepius in fonte QJRΩ reperiuntur. de copia lectionum variarum iam supra mentionem feci. tot et tam diversa momentum habuerunt ad hunc fontem formandum.

De quartae stirpis teste D eiusque textu elaborato

D codex Monacensis graecus 192 chartaceus saec. XIII foll. 167-178

D Codex Monacensis quartae stirpis testes unicus — neque enim inter testes numero apographon Ottobonianum — libellum De infantibus praebet nitidissima manu binis in columnis exaratum, propter aliquot folia amissa mutilum inde ab 70,21 (με)γαλοφυίαν. quomodo D a ceteris discrepet prius nobis inspiciendum est quam eius cum aliis cognatio. de manifestis scribae mendis agam infra, nunc qua arte textus transformatus sit exemplis explicabo. primum vide rationem omittendi: diminuta sunt ea quae inter articulum et substantivum attribuuntur ex.gr. D om 71,12 ἐκ alt; ib.22 τοῦ θεοῦ; 82,24 τὰ διά; 85,10 ἑκατέρου (et transpos τὴν ante διαγωγήν); eliminata sunt ea quae repetuntur vel sententiam quodammodo amplificant ex.gr. 74,11 τοῦ; 78,7 εἰς; 86,4 ἐν alt, et 71,20 pro περιορᾶται

scr ὁρᾶται respiciens 19 ἀθεώρητος; 72,13 μακρὸν om resp γῆρας; 83,16 ὅτι om post φησὶ; 91,11 κακῶν om resp ἀνηκέστων 95,12 ὁ σίδηρος om resp 10 τὸν σίδηρον, item consulto videntur omissa cum elocutionis tum notionis causa ex.gr. 83,18 δὲ; 94,5 et 11 γὰρ; 75,7 ἤ, εἰ μέλλοι (add γὰρ post παντελῶς) vide p. CII; 77,22 et 93,21 ὁ ante θεὸς. omissum est ut locus corruptus sanaretur 80,2 ἀγαθοῦ (vide p. CI). eliminationes dogmaticas infra proponam. nunc vide lectiones transformatas in genera divisas: sententiarum connexus mutatus est ex.gr. add γὰρ 71,1 post ὥσπερ, 74,17 post ἐκεῖ; add δὲ 78,1 post ἡμῶν, 81,5 post ἢ alt, 95,22 post παραθήσομαι; 72,17 scr γὰρ pro δὲ; 79,14 post μετέχειν add δηλαδὴ; 85,16 post ἀναλογικῶς add τε; 88,18 pro ἵνα scr ὡς ἂν. verborum mutationes grammaticales crebrae sunt ex.gr. 72,10 παρ' αὐτῷ: παρ' αὐτὸν; 73,12 αὐτῶν; 75,25 τούτων; 78,22 ἐμβιοτεύῃ; ib.26 αὐτῆς: αὐτῶν; 81,3 ἀγνοεῖ ... μὴ: οὐκ ἀγνοεῖ; ib.16 παρενεχθῆναι; 84,8 καταθύμιον; 85,21 ἰδεῖν; 90,1 τῷ πράγματι; ib.7 ἐπιχρονίζοιτο; 91,11-12 μηδενὸς; 93,10 βιώσασθαι; 95,1 ὀνομασθεὶς; ib.5 διὰ κακίας, et multae huiusmodi aliae et iam graviores velut 73,15 τῶν βεβιωμένων: μετὰ τῶν βεβιωκότων; 84,4-5 τῶν δὲ ... ἡ ἀπόλαυσις ... παρὰ τῶν αὐτῶν: τὰ δὲ ... ἢ ἀπολαύσεις ... παρ' αὐτοῖς; 91,20-22 ὁ τοιοῦτος ... ἐμπαραμένει (sic QJRΩ) ... ἑαυτῷ ... ἐπισκεδάζων: οἱ τοιοῦτοι ... εμπαραμένουσι (sic) ... ἑαυτοῖς ... ἐπισκεδάζοντες. 90,15 pro λόγῳ reddit λόγος D sensum gravissime afficiens. 79,3 pro ἐοικυῖα praebet οἰκεία. lectiones variatae sunt partim forma pristina quodammodo retenta: 71,6 et 19 ἄστρων: ἀστέρων; 71,8 μηνὸς: μηνοειδοῦς; 72,9 μεγάλως φρονοῦντι (cf ALS); 75,9 ἀκαματὶ (et Ω) 76,1 βεβαιωμένου; 79,13 αὐτή; 80,3 ἐπεσκότει; 83,10 τὴν (sic) ἀεὶ κατάλληλον; 88,7 τελεσθείη; 89,8 βαρίαις; 96,26 γνωριζομένων, variatae sunt partim forma genuina dimissa: 71,10 κεκαθαρμένος (!): πεπαιδευμένος; 72,4 γένη: γέρα; 74,18 λέγει: δεδιδάγμεθα; ib.21 ὑπούσης: διαδεικνυμένης; 80,4 νέφος: σκότος; ib.13 σημασίας: ὀνομασίας; 85,2 μετέχει: χωρεῖ; 88,11 δαιτυμόνων, οἷος: ἑστιατόρων οἷς; 89,17 τε: τινα; 92,15 ῥοπὴν: ὁρμὴν; 93,24 ἀληθοῦς: ἐμπαθοῦς. cetera utrum errori an consilio debeantur non liquet cf 77,16 συγκεκραμένον: συγκεκριμένον; 78,26 ὑποχθονίων; 79,4-5 γηίνοις (sic) ... στροφαῖς; ib.12 μένοντος: ὄντος D (cf μὲν ὄντος JΩ); 84,16 ψυχὰς: ἀρετὰς; ib.20 τροφῆς; 89,23 περιστύφουσι; 90,19 τὸ: τι; 91,16 γὰρ τὸ: γάρ τοι; 92,18 ἔν τινι: ἐστὶ. addita sunt pauca praeter particulas supra citatas: 73,6 ὁ ante ἄνθρωπος; 86,3 τοῦ ante φυτοῦ (et Ω); 87,5 ἐν ante κακία; 89,22 τὴν ante γαστέρα; 90,23 πω post μηδενί; 91,19 τὸ τεχθὲν post συμποσίου; 96,18 ἐν ante τοῖς. ordo ver-

borum nonnumquam mutatus est ex.gr. 79,13-14 ζωὴ post κατάλληλος coll; 86,17-18 scr πᾶσαν τὴν (sic) ἀποδεικτικὴν τῶν ἀγνοουμένων μέθοδον; 88,17 ἕκαστος ante κατὰ coll; 89,23-24 scr τῶν δαιτυμόνων τὰς ὀρέξεις; 93,1-2 εἶναι post ὅλως coll; 96,8 αἵματι post ἁμαρτωλοῦ coll non secundum Scripturam.

Haec omnia fere uni eidemque ingenio ascribere non dubito, viro subtili qui sententias polire verbisque exquisitioribus quae sibi videbantur exprimere solebat. idem notiones purgandi (scil καθαίρειν, κάθαρσιν) ubicumque occurrunt ita eliminavit aut innocuis verbis commutavit ut contextum quam maxime integrum relinqueret, et ceteris quae Origenis doctrinam spirant sententiis similem diligentiam navavit cf 73,16 pro καθαιρομένη scr παραδιδομένη (et add θείας ante τοῦ εὐαγγελίου φωνᾶς); 83,3 καθαρθῆναι: φθαρῆναι; 87,11-12 διὰ τῆς καθάρσεως om; 91,25-92,1 χρόνων—πάλιν om. sed 92,6-10 ratio mutandi difficilius est dispectu. D attente quidem scripsit 7 τὸ οὐρανὸν καὶ γῆν ut orationi lacuna hianti ea quae sequuntur adiungeret. tamen in reliquis constructionem non restituit. quod addidit ὅπερ ἀμήχανον, adnotationi cuiusdam impatientis est simile. hoc loco excepto ratio corrigendi qua D diligenter in dogmaticis usus est a saeculo XIII aliena non videtur (cf quae scripsi op. p. XL cit., p. 46 adn.). sed extant in D mendorum indicia quibus adducimur ut remotiorem aetatem huic recensioni vindicemus.

Auctor recensionis ipse pauca depravavit errore (imprimis vide quae supra lectionibus variatis subiunxi ex.gr. 84,16) neque multa ab exemplari proximo accepisse videtur corrupta praeter 90,17-18 ubi pro προαιρέσει—ἐξοχῇ legimus in D προγνωστικῇ δυνάμει γνωρισθείσης διὰ τῆς τῶν ἔργων ἐν κακίᾳ ἐξοχῆς callidam ut opinor coniecturam a recensore illatam postquam verba 17-18 τῇ προαιρέσει amissa sunt. de corruptelis vetustissimis 86,14-15 et 92,7 vide infra p. CXXXI. plura peccata recentiori scribae attribuere malim. tria praecipue sunt genera: scribam festinantem arguunt verba mutilata velut 75,2 ἀφανήσεται; 77,8 διαστηκοῦ; 78,19 γέσιν, fortasse et verba omissa velut ἡ 76,22 (alt), 79,11, ib.15 om, et om 77,9 ὑπερκειμένην; ib.15 παρὰ τοῦ θεοῦ; 87,1 τὴν διάνοιαν. scribam verba transcribenda pronuntiantem indicare videntur consonantes duplicatae ex.gr. 72,10 φυσσήματι; 73,11 αὐτόμματον. scribam denique veteris scripturae vestigiis confusum menda huiusmodi probant 71,1 ὁρᾷ μὲν: ὁρῶμεν; 81,25 ἣν εἰ κατὰ: ἡνίκα κατὰ; 94,7 ἂν εὐλόγως: ἀναλόγως, et 71,16 ἀποστάσεσι: ὑπο-; 87,2 ἀπέδειξεν: ὑπ-; 90,14

ἀρτιτόκων: ἀρτιτόμων. hoc ultimum mendorum genere exemplar indicari opinor saeculo XIII aliquanto antiquius. neque enim scribam Monacensis ipsum talia confudisse puto qui tantae religionis erga exemplar suum erat ut etiam initiales litteras quibus exemplar fuerat ornatum mediis in versibus et verbis suis imitaretur ex.gr. 94,17 scribens γνωριζοΜένης. distinguuntur quattuor igitur traditionis gradus: exemplar in 90,17-18 corruptum, recensio docta, exemplar falsa verborum distinctione litterarumque minuscularum confusione depravatum, Monacensis 192 saeculi XIII. (hac in ratione eruenda laboris socius erat Rudigerus Leimbach, vir doctus.)

Has depravationes et transformationes omnes mixtura memoriae quae huic stirpi peculiaris est aetate antecedere videtur. iam in conspectibus pp. LXXXVIIsqq et XCI; IC-CII; CXX; CXXIII-CXXV exscriptis diversos memoriae rivulos ubicumque in D confluxerunt ante oculos posui. de ratione miscendi aut participandi mox agam. quaecumque praeterea D cum singulis sive familiis sive testibus communia habet (confer imprimis conspectum p. CIsq, adde 73,13 (D = PVOKrecc), adde — si aliquid valent — 94,12 ὅπου: ὅτε DR; 75,9 ἀκαματὶ DΩ; 80,18 ὁμολογεῖται DRΩ; 82,21 ἑαυτὸν θεραπείαις coll DRΩ; 93,24 κατεδέξατο DRΩ; 92,15 ὁ om DQJ.) aut contaminatorem sedulum probant aut varias lectiones e diversis stirpibus in diversas partes illatas.

De mutua inter stirpes ratione et de hyparchetypis

Indole uniuscuiusque stirpis excussa origines simul et prognatos hoc modo possumus complecti: prima stirps ab exemplari dependet quod nonnullis in locis neglegentia depravatum, in paucis coniectura temptatum, semel ab orthodoxis ut videtur viris purgatum est. hanc purgationem ad illam conferens quam liber In Canticum Canticorum in bibliotheca patriarchali passus est (vide H. Langerbeck vol. VI p. XXXVI) Constantinopoli factam esse suspicor. ad Constantinopolim referenda videntur et scriptorium unde codex V prodiit et mira illa religio qua M et P et V et O memoriam servaverunt. exemplar alterius stirpis discrepantias multas in prima textus parte praebuit, docti cuiusdam recensionem qui memoriae quam acceperat lectiones nunc arcessitas nunc excogitatas intulit. in altera textus parte quam integriorem reliquit optima huius stirpis memoria manifesta est. sagaciter eam posteri tractaverunt, nonnul-

li occurrunt librarii qui difficiliora diligenter servare, varias lectiones accire, verba prudenter mutare quin etiam omittere scirent. codicem E ex Graecia orientali ortum esse inscriptio monasterii Latmiaci monet, ex eadem regione et codex Λ et codex Arsenii originem duxisse creduntur. tertiae stirpis exemplar praeter cetera fuit mendosum. ex variis eius corruptelis diversi corruptionis et mutationis gradus cognoscuntur. nonnulla praeterea infuerunt errata quidem sed non pessumdata, pauca etiam recta sunt servata una cum paucis. de huius stirpis et ceterarum connexione infra erit agendum. in quantum exemplar ipsum variis lectionibus confertus sit haud facile definitur, manifestum est testes complures et lectionibus arcessitis et suis ipsorum ingeniis nisos magnopere studuisse ut memoriam depravatam emendarent. licentia atque ingeniositate auctor codicis Q omnes praecellit, non multum ei cedere videtur auctor exemplaris RΩ. huius originem Wernerum Jaeger ad Athoa monasteria reduxisse iam supra monui. quartae stirpis i.e. codicis D indolem hic non repeto, memoriam infra excutiam.

De aetate qua stirpes ortae sint nihil exploratum habemus nisi quod exemplar codicum ALS commune i.e. codex Arsenii textum ex litteris uncialibus in litteras minusculas transcriptum praebuit. hoc enim confusio litterarum plane indicat. unde sequitur ut exemplar familiae EΛ et exemplar codicis B ipsa quoque ex propriis transcriptionibus derivanda sint. in prima classe terminus ante quem memoria in partes discesserit indiciis certis non probatur. sed nescio an ex tertiae stirpis textu per gradus mutato eiusque cum alterius stirpis affinitate concludi possit propriam huius memoriae viam iam ante transcriptionem coepisse. si hoc conicimus, prava verborum divisio qua textus in tertia stirpe laborat ad ipsam transcriptionis aetatem referri potest et simul mirari debet de diligentia eorum qui cum primae stirpis textum transcriberent vestigia huiusmodi rara reliquerint. stirps denique quarta ipsa quoque prope ad transcriptionem reduci posse videtur et verisimile est memoriam antiquiorem in ea confluxisse. de stirpibus ipsis hactenus.

Nunc ad rationem quae inter stirpes intercedit. prima et tertia stirps ab initio usque ad finem tot et talibus locis consentiunt ut fontem communem iis non possimus non ascribere. in hoc consensu, quem pp. LXXXVIIsqq enarravi et p. XC aestimavi, classis prima constat. neque tertiae stirpis coniunctio cum aliis huic rationi repugnat. tertia stirps cum EΛALS in media tractatus parte prae-

cipue congruit, ita tamen ut distingui non possit quis a quo sumpserit neque alienum sit conicere lectiones ex stirpe nobis ignota ad utrumque gregem venisse. tertia stirps cum BEΛALS omnino non conspirat neque cum B facere videtur. nulla enim inter eos congruentia reperitur praeter 67,12 διαναστήσωμεν JB; 70,13 σοι τί coll RΩ et B; 72,20 εἴη ἔργον coll JB; 77,13 εἶναι om BD et QRΩ. si B cum EΛ et ALS ex eodem fonte proximo derives, lectiones codicum EΛALS et QJRΩ communes ad archetypum omnium reduci et auctorem stirpis primae similiter atque auctorem B bonum aut recensorem aut electorem fingi necesse videtur. sed mea quidem sententia auctor B textum ex fonte remotiore recepit, lectiones autem singulas ex fonte primae classis arcessivit, nisi hae quoque ex stirpe nunc amissa olim in utramque memoriae partem divulgatae sunt. quod tertiam stirpem cum libris EΛ artius coniunctam vidimus (p. CII), nescio an tota tertiae cum altera stirpe conspiratio ex hac ratione intellegenda sit. neque enim ea obstant quae tertiae stirpi et libris ALS communia sunt (vide p. CII) quoniam auctor codicis Arsenii 77,13 φημὶ et 88,14 ἐνέργεια ut varias lectiones accipere, in ceteris forte quadam congruere potuit. quod si ex conspiratione codicum EΛ et QJRΩ congruentiam codicum EΛALS QJRΩ repetis, sequitur memoriam ex EΛ ad QJRΩ non vice versa emanasse. varia igitur coniunctionum genera sunt admittenda.

Tertiae denique cum quarta stirpe congruentia et quartae stirpis origo inspiciendae sunt. memoriam D recentioribus variationibus nudatam ex eodem fere fonte unde B devenire primo obtutu videtur. nam D cum B propria quidem menda non habet sed ubi D ad EΛALS accedit ibi B cum iis facit, ubi D in rectis contra EΛALS stat ibi B similiter exceptis perpaucis. sed vera et artissima propinquitate memoriam D cum prima classe coniunctam esse probat locus corruptus 86,14-15 aut — si hanc corruptelam tamquam variam lectionem receptam esse suspiceris — probant verba 92,7 δυσχολώτερον εὑρεθήσεται amissa. nam grave illud argumentum ad divinam omnipotentiam demonstrandam in apologeticis notissimum nemo amputare potuit consulto. nisi error idem bis evenit fortuito, concludendum est memoriam D ab origine aut primae classis aut stirpis tertiae ortam esse, deinde alterius stirpis memoria contaminatam. accedit in ultima tractatus parte crebrior codicis D cum QJRΩ conspiratio, vide (p. CXXV) 89,24; 91,20; 93,8; ib.11; 94,15; 96,2 (?); ib.24 (?). si has lectiones non contaminationi ut alias sed traditioni ascribas simul bene observans qualis corruptio

p. 86, 14-15 in D appareat, consensum quartae et tertiae stirpis vetustiorem quam originem tertiae stirpis habebis. eae quoque lectiones quas D ex altera stirpe derivavit veteris fuerunt memoriae. cum autem alteram stirpem memoria codicis D transcendere non videatur, illam non iam stirpem sed classem appellari oportet.

Coniunctionum exempla lineamentis adumbrentur:







rationes principales discrevi, non omnes earum coniunctiones illustravi

De hyparchetyporum aetate non liquet. hoc unum constat corruptelas primae classis 95,13 et ib.16 Anastasio Sinaitae notas non fuisse. vide Quaestionem XVI (PG 89,480 Mignei) secundum codd Vaticanos graecc 423 s.X f. 172 (x), 1582 s. XI f. 45 (y), 488 s. XII ff. 183v-184 (z) citatam:

τοῦ νύσης ἐκ τοῦ περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἁρπαζομένων: ὥσπερ ὁ τεχνίτης τὸν ἀντίτυπον σίδηρον· καὶ μὴ ῥαδίως διὰ πυρὸς ἐκμαλαττόμενον· καὶ πρός τι σκεῦος τῶν ἀναγκαίων τοῦ βίου ἐκτυπούμενον σφύρᾳ ἢ ἄκμονι χρήσεται τῶ τοιούτω· ὡς ταῖς ἐπὶ τούτων πληγαῖς τὸν εὐεργεῖ τε καὶ ἁπαλὸν πρός τι τῶν χρησίμων ἀποτυποῦσθαι· οὕτω καὶ ὁ θεὸς τῶν κατὰ κακίαν ὑπερβαλλόντως κατὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν ζῆσαι ἀφίεισιν· σκοπῶ τῶ βελτίονι· καθάπερ καὶ τὸν φαραῶ καὶ τὸν ναβουχοδονόσορ ἔασεν γενέσθαι ὡς ἂν τῇ ἐκείνων πληγῇ ὁ ἰσραὴλ παιδευθῇ:

1 et πρὸς et ἀσπαζομένων (sic) y 3 ἢ: ἡ y ἡ x ἄχμονη x 4 ὡ(ς) ex corr y^2 τοῦτον y^2z τὸν εὐεργέτη (ν in fine sscr m alt) x ἑαυτὸν εὐεργετῆ y 5 ἀπὸ τοῦ τυποῦσθαι (sic) x 6 ἑαυτοῦ y ἀφίησι z βελτίων y 7 ναβουχοδονοσῶρ y εἴασε z 8 παιδευθή xz

De stirpibus et hyparchetypis hactenus.

De codice archetypo

In codice archetypo detrimenta gravia non occurrunt sed pauca menda et leviora quae librarii facile efficere aut neglegere potuerunt ubicumque artificioso illo Gregorii genere scribendi decepti sunt. nonnulla menda docti codicum auctores e coniectura correxerunt, cetera omnia Hilda Polack femina docta et detexit et probante Wernero Jaeger sustulit.

(in corruptelis archetypi exponendis testes omnes laudabo; apographa nisi ab exemplaribus suis discrepant subaudiantur. lectiones archetypi formulis crassioribus excuduntur.)

68,5 ἡβώη Λ^c ex -οι corr in scribendo S: **ἡβώοι** B(post ω 1 litt eras) ΕΛL ἡ βόοι A ἡβᾶ ὡς οἱ RΩ(οἱ:ἡ) ἡβῶσιν οἱ cett v

68,7 τούτου Λ^{c}SQRΩ v Ambros Vat445 fort ex corr K ex τοῦτο corr aut P aut man alt: **τοῦτο** cett

68,10-11 πως· καθάπερ γὰρ QS(πῶς): πως καθάπερ W **πῶς καθάπερ** cett v distinx post πῶς L Par503 Parsuppl399 distinx ante πῶς ΑΩ

73,5 τὰς ... ἁρμονίας Polack: ταῖς ... ἁρμονίας J **ταῖς ... ἁρμονίαις** cett (om multa RΩ) v

75,8 δεῖ in marg L^2 δεῖ[ν] v (Migneus): **δεῖν** cett

77,17 ἀφ' ἑκάστου Λ^c ἐξ ἑκάστου coni Oesterle lectione Λ^c nondum reperta, cf Sifanum interpretem: **ἑκάστου** cett v

80,18 τοῦ QΩZ² Sifanus in marg ext codicis Par586(b) v ex πού corr Λ aut Λ^c m² in Mon47: **που vel ποῦ** cett

85,14 τῆς ... σοφίας Z³ Sifanus in marg ext codicis Par586(b): **τῇ ... σοφίᾳ** cett v

87,26 μόνον Polack: **μόνης** codd (deest Ω) v

88,21 εἰ ALZ: ἢ cett (ἢ ex corr ductu peculiari S ἢ supra εἰ scr Mon47) v. et 21 ἢ praetulit et 22 pro ἢ pr coniecit καὶ van Winden. fortasse 21-23 ἢ ... ἐξάγηται ἢ ... ἢ ... παραμένῃ cum v legendum est cf Platon Leg 761c apud Kühner-Gerth § 394,5 adn. 2 (I⁴ p. 220) laud. 22 ἐξάγεται ESDQRΩM²K² ἐξάγηται J et cett v 23 παραμένει codd (-ειν P) παραμένῃ v (ed. 1638)

89,26 **ἢ alt** codd (ἡ L ἡ Matr) v seclusit Polack

92,10 **αὐτὴν** codd (vide app crit) seclusit Polack

fortasse addenda sunt

79,3 οἰκεία D sua sponte Andreas de Ivánka coniecit cum ad notionem tum ad contextum pp. 78,13-14 et 79,13sq animos advertens ἐοικυῖα vel ἐοικυία cett (ἐοιηνῖα Berol οἰοιηνῖα Par586(a)) v

93,2 πρὸς δὴ SD praetulit van Heck πρὸς δὲ cett v

94,1 et 13 an σκοπῶ τω βελτίονι scribendum? cf Sifanum in marg codicis Par586(b) ad 94,13 scribentem + ἐπὶ σκοπῶ τω. σκοπῶ τῶ βελτίονι codd v

95,13 πρός τι Anast Sin et SQDZ² (in ras) ex πρὸς τὸ vel vice versa corr Λ πρὸς τι RΩ πρὸς τὸ cett v. an recte πρός τι?

accedunt quae ad orthographiam pertinent

72,15 σπάσαι EQJW: σπασαι M σπᾶσαι cett v

76,1 ἱδρυθείη LQ rasura corr in K: ἱδρυνθείη cett (ἡδ- R ἱδ- ex ἡν- Ω) v

84,12 τιθήνης EΛ: τιθηνῆς cett v

89,26 στῦψις: στύψις codd v

94,13 ἐᾶσαι L: ἐάσαι EΛASD de prima classe vide p. LXXXVIIIsq

de archetypo non liquet

73,1 γεννήσεως PVOKrecc EΛALS D: γενέσεως M QJRΩ B

79,24 βλέποι M EΛLS: βλέπῃ O² A(-ει) D QJRΩ(-ει) βλέπειν cett v

82,14 αὐτοῦ PVOKrecc v EΛ JD ἑαυτοῦ M QRΩ ALS

varias lectiones in codice archetypo fuisse utraque memoriae classis his praesertim locis patefacit

76,25 ἐν τοῖς οὖσιν BD: ἐν τῇ φύσει ΕΛALS QJRΩ **ἐν τοῖς οὖσιν ἐν τῇ φύσει** MPVOKrecc v

86,15 τὰ νοήματα ALS: τὰ μαθήματα MPVOK(τὰ παθήματα) recc v utraque lectio in ΕΛ vide p. CVII et in QJRΩ vide p. LXXXVIII. **τὰ νοήματα τὰ μαθήματα** in arch. τὰ νοήματα ut lectionem difficiliorem retinui quamvis dubitanter.

Quae attinent ad textum recensendum omnia quoad potui explicavi. de apographis et de editionibus impressis pauca subiungam.

De apographis

Apographa nobis nota omnia hic enumerentur:
descripti sunt

ex M = codice Ambrosiano C 135 inf
 codex Vindobonensis theol. graecus 42 chartaceus saec. XII foll. 175-183

ex P = codice Vaticano Pii II 4
 codex Ambrosianus graecus Q 14 sup chartaceus saec. XV foll. 278v-292v
 codex Vaticanus graecus 445 chartaceus saec. XVI foll. 30-35v

ex V = codice Vaticano 450
 codex Berolinensis graecus Phill. 1471 chartaceus saec. XVI foll. 94-117

ex Berolinensi Phill. 1471
 codex Parisinus graecus 586 chartaceus saec. XVI foll. 53v-65v

aut ex Berol Phill 1471 aut ex Paris 586 foll 53v-65v
 codex Ottobonianus graecus 247 chartaceus saec. XVI foll. 113v, 114r-v, unum fol non num

ex O = codice Monacensi 370
 codex Monacensis graecus 534 chartaceus ex parte saec. XVI foll. 31-36v, 39-41

ex J = codice Vindobonensi theol. 35
 codex Londinensis Mus. Brit. Old Royal graecus 16 D XI chartaceus saec. XVI foll. 346v-361

aut ex E = codice Vaticano 446 aut ex eius gemello
 codex Parisinus graecus 503 chartaceus saec. XIV foll. 441-449
 codex Parisinus suppl. graecus 399 chartaceus saec. XVI foll. 45-62v

ex A = codice Veneto Marciano 68
codex Monacensis graecus 47 chartaceus saec. XVI foll. 120-131
ex S = codice Vaticano 1907
codex Vaticanus graecus 1433 membranaceus saec. XIII foll. 68v-77v
ex D = codice Monacensi 192
codex Ottobonianus graecus 247 chartaceus saec. XVI foll. 115-130

De codicibus Vindobonensi theol 42 = W et Vaticano 1433 = Z iam supra actum est, de Monacensi 47 agendum erit una cum editionibus impressis. in codicibus Ambrosiano Q 14 sup Vaticano 445 Londinensi O.R. 16 D XI qui ab aliis editoribus iam satis enarrati sunt non est cur moremur. in reliquos nunc nobis diligentius inquirendum est.

Berol. Phill. 1471 Codex Berolinensis Phill. 1471 continet Testimonia adversus Judaeos (PG 46, 193-233 Mignei), Apologiam in Hexaemeron, In illud Quatenus, De infantibus, De mortuis. hunc librum Ludovicus Beccatellus episcopus Ravellensis, qui Julii III pontificis maximi legatus fuit, Venetiis anno 1553 se emisse in folio praefixo testatus est. liber antea in manibus Camilli Bartholomaei de Zanetti, librarii et simul typographi, fuisse ex eo manifestum est quod inter folia 35 et 36 duo folia inserta sunt quae ille ipsa manu exaravit.

Ex imaginibus foliorum 94-104r in quibus textum usque ad p. 80,17 ἐνέργεια inspexi, iam plane apparet Berolinensem ex V ad verbum descriptum esse. nam Berolinensis cum Vaticano non solum congruit in hac sola lectione 68,6 qua V a cognatis suis discrepat sed etiam scripturam continuam cui V saepissime indulsit Berolinensis fideliter retinuit. mira diligentia librarius recens contendit ut vetus exemplar imitaretur. animadversiones quae in margine Vaticani leguntur ση ad 73,16, ὅρα ad 79,8-16, ση ξέ ad 80,15-17 Berolinensis repetit. his tantum mendis Berolinensis a Vaticano discrepat 68,6 μοι: μου; 69,14 οἱ: ἡ; 70,7 ἀναβεβιωκότος: ἀναβεβικότος; ib.9 ὄντα om; 75,17 οὕτως: οὔ; 78,11 λεπτὴ: λεστή; 79,3 ἐοικυῖά: ἐοιηνῖα; ib.11 ὄντος om; ib.12 πάντοτε: πάντο. accedunt pauca itacismo debita.

Par. 586 Ex codice Berolinensi textus noster in Parisini 586 folia 53v-65v devenit. quod priusquam certis testimoniis demonstrem huius codicis indolem liceat diligentius enarrare. insunt Parisino 586 permulta Gregorii opera ab uno librario exarata hoc ordine composita: primum locum tenent opera quinque eadem quae iam in Berolinen-

si cognovimus, sequitur liber De anima et resurrectione. hanc codicis partem tamquam primam Par 586(a) nominavi. deinde quae sequuntur opera in altera ut ita dicam parte, Par 586(b), scilicet inde ab oratione De nativitate Christi usque ad librum De oratione dominica, eadem sunt quae in codicibus O Mon107 (Par585 Matr) extant eodemque ordine atque in illis digesta (vide quae p. XCVI monui). hoc tantum differt Par 586(b) quod oratio De deitate et Abraham, unde menologium illud partium sedecim initium capit, deest in eo et insunt non tres sed quattuor orationes paschales. (exscribam eas quas Par 586 foliis 219-257v continet ut vetus error iterum et saepius repetitus tollatur: In sanctum et salutare Pascha (vol. IX pp. 309-311) ff. 219-220. fol. 220v vacuum est. De tridui spatio (ib. pp. 273-306) ff. 221-234; In Christi resurrectionem or. II (re vera Severi Antiocheni, PG 46,628-652) ff. 234v-245; In sanctum Pascha (vol. IX pp. 245-270) ff. 245-257v. oratio autem In sanctum et salutare Pascha cognati codices O Mon107 Par585 Matr non continent (sed nota bene in codice O post fol. 126 aliquid excidisse). et Parisinum 586 et ceteros hos libros Jacobus McDonough in situ pro nobis diligentissime perscrutatus est.) tres igitur Gregorii libelli qui iam in priore codicis parte extant in altera iterum leguntur: In illud Quatenus et De mortuis inter orationes, De infantibus inter opuscula dogmatica inserti. alteram Parisini 586 partem (b) ex fonte VOKrecc fluxisse iam supra demonstravi, nunc partem priorem (a) libro De anima et resurrectione excepto ex Berolinensi derivatam esse apparebit. nam una eademque manus cognoscitur in iis foliis quae inter folia 35 et 36 codicis Berolinensis inserta sunt et in toto codice Parisino 586. Camillus igitur Bartholomaeus de Zanetti fuit ille qui Parisinum 586 exaravit. is cum textum nostrum foliis 53v-65v Parisini 586 inscriberet omnia menda propria quibus Berolinensis laborat aut repetivit (vide supra 68,6; 69,14; 70,9; 75,17; 78,11; 79,11) aut aggravavit (70,7 ἀναβεβηκότος; 79,3 οἰοιηνῖα; ib. 12 πάντος). et iteravit verba 77,14 τοῦτο—ὅς φησὶ ad initium exemplaris versus (Berol fol 102 vers 9) oculis recurrens. multa verba quae Berolinensis reliquit coniuncta ne in Parisino 586(a) quidem distincta sunt. unde moniti caveamus ne codices recentiores in quibus talia occurrunt omnes recta via derivemus ab exemplaribus veteribus. Camillus Bartholomaeus nova quoque menda intulit velut 73,16 τοῦ om; 76,23 ὅτου: ὅπου; 78, 26 αὐτῆς om (quae omnia fere una cum ceteris mendis Laurentius Sifanus ut solebat sustulit). glossam quam V ad 73,10-11 adie-

cit quamque Berolinensis neglexit Bartholomaeus non novit, sed illam quam V ad 91,21 adhibuit quamque in margine Berolinensi inesse conicio Bartholomaeus in ipsum textum recepit cum scriberet ματαίαν πίσιν (sic) ἑωλοκρασίαν. quo loco eandem viri rationem recognoscimus quae iam supra p. XCVIII nobis occurrit ubi scholium in textum acceptum esse suspicati sumus.

Cum nostra de origine Parisini 586(a) sententia id congruit quod G. Heil pro sua parte (De mortuis vol. IX p. 13) affirmat, qui tamen de Berolinensis ex V origine testimonium proprium non suppeditat. quod attinet ad orationem In illud Quatenus, inter Berolinensem et Parisinum 586(a) A. van Heck non distinguens utrumque ex V derivavit (vol. IX p. 86). quamquam igitur nonnulla restant ut requirantur tamen valde suspicor tres libellos In illud Quatenus, De infantibus, De mortuis ex ipso V in Berolinensem, omnia autem quae Berolinensis continet opera in Parisinum 586(a) transcripta esse.

Ott. 247 Initium tractatus usque ad 70,21 aut ex Berolinensi aut ex Parisino 586(a) in Ottobonianum 247 descriptum est. consentit Ott cum Berol Par586(a) ubique, eorum menda 68,6; 69,14; 70,9 fideliter repetit. ad Berol propius accedere videtur quod titulum eundem praebet. titulus autem in Parisini folio 53v non legitur sive quod iam ab initio defuit sive quod aliquando evanuit, sed in Parisini folio 280 idem titulus atque in Ott (et Berol et V) extat. accedit Ott propius ad Par ubi praebet 70,7 ἀναβεβηκότος, proxime autem 68,25 ubi προϊδεῖν clare et distincte in Berol, στροιδεῖν ut vid in Par 586(a), στροιδεῖν clare et distincte in Ott legitur. (et cf E. Gebhardt vol. IX p. 178.) menda propria Ott intulit pauca velut 69,16 ἰοῦ: υἱοῦ; 70,14 κεχαρισμένων: κεχασμένων; ib.20 σὺ: σοὶ.

Auctor Ottoboniani in hanc priorem tractatus partem ante non incurrisse videtur quam alteram et maiorem partem ex codice D mutilato decerpsisset. cum nesciret quantum spatii ad initium tractatus exscribendum opus esset, folia quinque reservavit (111-114 et unum non numeratum). initium postquam nactus est tam apte in foliis 113v-114v et fol non num disposuit ut textum in ultimo folio reservato (fol non num v) verbis προσοῦσάν σοι με accurate terminaret. neque omnino novi exemplaris substitutio sentiretur nisi folia 111, 112, 113r vacua essent. folium 115 librarius incohaverat medio a verbo γαλοφυίαν, unde tractatum ex codice Monacensi 192 usque ad finem fideliter transcripsit.

Mon. 534 Codicem Monacensem 534 diligenter enarravit Carolus Holl (o.p. CLXXII cit.). huic libro varia variorum Patrum opera saeculo XV (Hardt) vel XVI (Holl) manu nitida inscripta sunt, marginalia Davidis Hoeschel ut videtur intulit. idem iis foliis quae prior librarius vacua reliquerat inscripsit ut ipse (f. 31v) indicavit ἐκλογαὶ ἐκ λόγου Γρηγ. επισκ. Νυσσ. περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἀφαρπαζομένων νηπίων. πρὸς ἱέριον (sic). exemplari usus esse videtur codice O correcto. nam cum O et O^2 in omnibus partibus quae conferri possunt Hoeschelius stricte congruit (imprimis cf 72,9 οἴησιν recte O^2 Hoe(schel); 78,26 αὐτῆς om O Hoe 79,9 δι' αὐτῆς τῆς: διὰτῆς τῆς O (sed -τῆς eras) διὰ τῆς Hoe) exceptis mendis propriis (80,19 ὃν: ὧν Hoe; 90,2 πληροῖς Hoe; ib.5 ἐξεκάλεσαν Hoe; 91,18 λαιμαργήσειε Hoe) et his locis 72,11 τοι O sed ο ipse delevit: τοι Hoe in textu, in marg σοι; 85,18 οὐνίου O οὐρανίου Hoe in textu ex οὐρανοῦ corr, in marg 'M. οὐνοῦ' (sic). an conferendus Par585 qui praebet οὐρανοῦ? 87,5 ὁ om O add O^2 om Hoe. cum aliis familiae VOKrecc testibus praeter 85,18 Hoeschelius non facit.

Vir doctus libellum De infantibus suum in usum excerpsit. ea quae Gregorius propositionis vel coniunctionis causa explicare solet Hoeschelius resecavit ut argumenta nuda atque brevia expromeret. nihilo minus aliquot sententias feliciter formatas accepit integras. totius argumentationis seriem retinuit praeter finem. nam inde ab 90,24 usque ad finem haec tantum excerpsit 90,24-91,22 φασὶ—ἐπισκεδάζων; 93,14-15 ἀλλ' εἰ—ἀναρπαζομένων; 93,18-19 τὸ γὰρ ἐγνώκαμεν; 93,25-26 ἄωροί τινες ἀναρπάζονται; 95,23-96,21 φησὶ—βιώσεσθαι. (nota bene 91,22-92,20 in exemplari O non extitisse.) hoc autem modo locos seligens Hoeschelius inter rationem qua pessimorum vita explicatur et rationem quae de morte praematura redditur plane distinxit. ex quo mihi quidem manifestum est Hoeschelium in illo argumento quo Gregorius infantes nisi moriantur pessimos homines futuros esse praedicat offendisse.

Par. 503 Ex codice E descriptum opinor codicem Parisinum 503 qui omnes fere non solum lectiones sed etiam spiritus accentus interpunctiones cum E communes habet. titulum eundem atque EAL composuit ἱερίω—παιδίων praemissis verbis τοῦ αὐτοῦ γρηγορίου νύσσης. in margine adiecit (ad 80,2) περὶ ἀγνοίας, (ad 86,15) τὰ μαθήματα Par503 simili modo atque E. quod Par503 ab E discrepans cum aliis fecit, id fortuito accidisse suspicor velut 68,12 ἐπισκιάζουσα Par503 et classis prima et B; 70,9 λογισμῶν Par503 et Λ^{c}AL; 71,22 μοι sscr Par503 om Λ; 76,7 post ἐπειδὴ (sic) sscr δὲ

atramento crassiore Par503 cf PVOKrecc; 84,12 τροφὴ Par503 et ΛALS; 90,4 ἐμποιοῦσιν Par503(sed corr) et A et L(sed corr); 92,19 ἐκεῖνο Par503 et ΛA. scriba ut erat attentus rectius quam E praebet 69,8 τοιοῦτον et 95,15 ἐπιζητεῖ. propria autem raro intulit quorum graviora haec sunt: 68,22 post ἄλλος add γὰρ; 71,20 παρέχειν; 83,4 ἀλογίας; 87,14 ὄντος sscr ως; 93,1 καταλίποι; ib.10 add καὶ ante βιώσεσθαι.

Par. suppl. 399 Ex codice E aut eius gemello Jacobus Sirmondus textum non pulchre quidem sed diligenter in codicem Parisinum suppl. gr. 399 descripsit. titulum eundem atque E praebet. omnia codicis E menda repetivit praeter 74,9 ubi ἐν pr habet quod EΛ Par503 omiserunt. 86,15 nihil scripsit in margine, in textu scripsit τὰ μαθήματα tantum sed μαθ ex νο correctum quo probatur Sirmondum utramque lectionem in exemplari suo legisse. praeterea pauca proprio modo seu variavit seu pessumdedit velut 72,4 καὶ: ἢ; 93,11 πολλαχῇ: πολλαχοῦ; 94,19 οὐκ ἀτονούσης: οὐ κατανοούσης, omisit 82,13 πρὸς; 86,6 τοῦ; ib.7 τε. cum codice Par503 aliisve nulla consensio contra E reperitur praeter et 90,4 ἐμποιοῦσιν (ut A) et 92,19 ἐκεῖνο Par503 Parsuppl399. mendorum aliquot manus altera sustulit lectiones rectas vocabulo ἴσως anteposito in margine apponens. eodem modo revisor corruptelas veteres 79,16; 88,13; 91,5; 94,10 quas Sirmondus ab exemplari suo deprompserat (vide E in app crit) mira cum sagacitate sanavit. nam alio exemplari neque in his usus esse videtur neque in p. 93,23 ubi pro οὐδ'ἂν Sirmondus reddidit τοῦ δ'ἂν, corrector in margine scripsit ἴσως οὐδὲν δ', remedium scilicet ex versu 22 nactus quod alibi nusquam inveni.

De editionibus impressis

edd. Basil. 1562 1571 Laurentius Sifanus, praeceptor Marci et Ioannis Fuggeri, posthac universitatis Ingolstadianae professor (1569-1579), primus libellum De infantibus una cum aliis Gregorii operibus in Latinum transtulit et Basileae per Nicolaum Episcopium iuniorem anno 1562 publici iuris fecit. novem annis post, hanc translationem ex eodem loco per Eusebium Episcopium iterum divulgavit nonnullis locis correctam, marginalibus lectionibus graecis auctam. libellus noster extat in editione priore pp. 166-181, in altera pp. 129-141 inclusus. editio anni 1571 etiam praefationibus duabus exornata est. nam primam praefationem iam anno 1562 compositam ut opus adulescentibus Fuggeris dedicaretur Sifanus typographo in tem-

pore non tradiderat, alteram autem praefationem anno 1570 conscripsit ut adversus theologos interpretationem suam graviter calumniantes quam potentissime se defenderet. et praefationes et adnotationes marginales quarum maxima pars iam in priore editione inerat, nobis fontem Sifani investigantibus haud parvum auxilii afferunt.

E prima praefatione apparet Sifano unum codicem proprium fuisse, librum recentem, cuius de corruptelis vir doctus plus semel conquestus est ex.gr. p. *3 'Erat enim vehementer depravatum meum exemplum, ut fere sunt ea, quae hoc tempore describuntur ab hominibus plerunque indoctis' etc. hunc librum aetate Sifani confectum et Sifano proprium codicem (nunc) Parisinum gr. 586 fuisse pro nostra parte exploratum habeo, pro ceteris Gregorii operibus a Sifano versis quamquam non omnia inspicienda inspexi tamen nonnullis indiciis habeo persuasum.

Primum omnia Gregorii opera quae Parisinus 586 continet Sifanus vertit nec plura quam Parisino insunt apud Sifanum reperiuntur. (sed orationes In sanctum et salutare Pascha et In ascensionem Christi bis eadem interpretatione translatae in utraque Sifani editione extant.) deinde unus idemque vir codices Parisinum 586 et Monacensem 47 et Monacensem 107 contulit et eadem ratione iisdemque signis usus varias lectiones intulit. ex.gr. ubi verba in uno libro invenit quae in altero desiderantur, in hoc exemplo signum :|: et textui inseruit et margini adiecitque inventa, in illo lectiones alibi desideratas lineolis quattuor inclusit et in margine pinxit λείπει simili modo notatum. ubi lectionum discrepantias deprehendit, cruces et supra lineas et in margine adhibuit plerumque adscribens variam lectionem cum signo γ͂ρ. sed cruces iis quoque locis adhibuit de quibus dubitavit idque in ceteris libris rarius, saepius in Parisino. ibidem eas lectiones quas facile restituere posse sibi persuasit in margine interiore cum nota crucis emendavit, de ceteris lectionibus coniecturas in margine exteriore sine ulla nota proposuit. exempla p. CXLIV exscribam. quem modum recognoscendi Andreas Spira in Parisino 586 sagacissime perspexit idemque in Monacensi 107 iam manum Sifani suspicatus est (cf vol. IX pp. 366sq et 412). his fere rationibus usus vir doctus plurimas lectiones varias Parisino 586 intulit, pauciores Monacensibus 47 et 107. Monacensem 47 exornavit nonnullis lectionibus quas ex utraque Parisini parte sumpserat, Monacensi 107 adhibuit paucas lectiones ex Monacensi 47 derivatas, in Parisini folia 53v-65v paucas lectio-

nes ex altera Parisini parte multas autem ex Monacensi 47 transtulit, item cum Parisini folia 285v-293 (scil b) revisit paucas lectiones ex prima Parisini parte multas iterum ex Monacensi 47 adduxit. lectiones notabiliores quas in exteriore Parisini (b) margine suo Marte ut opinor proposuit haec sunt: τοῦ ad 80,18 ποῦ scriptum (in marg int γ͠ρ που); τῆς ὄντως σοφίας ad 85,14 τῆ ὄντως σοφία; στυμμάτων ad 89,21 συμπομάτων (in marg int γ͠ρ συμπτωμάτων); τῶ ad 96,7 τὸ. tum ex Monacensi 47 derivavit verba 91,22 πρὸς—92,20 αἰτία, ut lacunam qua Parisinus una cum prima stirpe hiat in margine suppleret (fol. 291v Par586). in his versibus describendis vir doctus restituit sua sponte ni fallor 92,2 τῶ; 5 κατειργάσατο; ib.19 ἐκεῖνον; quae verba Monacensis ex codice A, exemplari suo, corrupta acceperat. peccavit vir noster cum pro 92,12 τούτω scriberet τούτων proclivi errore. versibus graecis suppletis adnotavit lingua latina 'Hi trigin[ta] quattuor [fe]re vers[us] usque ad ἀλλὰ διὰ τί etcet reperi in exemplari, quo[d] mihi d<ominus> Marc[us] Fugg[erus] ex b[iblio]theca [domini] Iohan[nis] Iacobi s[ui f<ratris>] patruelis [con]fecit [...] autem id [..] recens qui [...] valde negl[egenter] descrip[tum] ụṭ meụ[m]'. ecce, adnotatio simillima in margine interpretationis quam Sifanus edidit legitur (p. 178 ed. anni 1562) ubi capitulum illud 91,22-92,20 in textu apparet: 'Haec quae sequuntur, usque ad, Sed cur prorsus, adieci postea reperta in exemplari, quod mihi dominus Marcus Fuggerus ex bibliotheca domini Iohannis Iacobi sui fratris patruelis confecit'. et confer quae Sifanus in praefatione priore de exemplaribus commemorat: '... qui libri' (scil ex bibl. I. I. Fuggeri confecti) 'quamquam in plerisque locis haud minus vitiosi indiligenterque transscripti erant, quam id volumen, quo ego utebar: tamen, ut fere fit, magna felicitate atque commodo meo accidit, ut in quibus locis meum exemplum mutilum atque depravatum erat, ea loca vel integra atque incorrupta in illis codicibus haberentur, vel si quid desiderabatur, faciliore coniectura quod deesset, suppleri ex meo volumine posset: contra ubi illa apographa vitiosa ac mutila erant, ibi meum exemplar integrum et sanum esset. ...'. qua cum sententia Sifani non solum ratio corrigendi congruit in Parisino Monacensibusque adhibita sed etiam aestimatio codicis exemplaris in Parisini folio 291v adnotata. neque aliquid obstat quin Monacensem 47 exemplar habeamus unde Sifanus capitulum 91,22-92,20 in Parisini marginem transcripserit. nam Monacensis 47 perinde atque Monacensis 107 iam ea aetate cum Hieronymus Wolf libros

signavit i.e. annis 1551-1557 in bibliotheca I. I. Fuggeri inerat (cf. O. Hartig, Abh.B.Ak.W. XXIII 3 pp. 223sqq; 243).

Postremum multis exemplis probare possum Sifanum ex Parisino 586 lectionibus Monacensis 47 aucto textum conflavisse quem convertit, sed ea enumerare supersedeo. iam Otto Lendle, vir acutissimus, Sifanum codice Parisino 586 et codicibus I. I. Fuggeri usum esse suspicatus est, vide op. p. CLXVIII cit., p. 285. unum testimonium addam ut Parisinum 586 librum Sifani proprium fuisse confirmem. extat in Parisini folio 283 locus peculiaris (post p. 73,15 insertus), quem supra p. XCVII exscripsi. hunc locum Sifanus vertit inscripsitque 'Explicatio' et typis proclinatis exscribendum curavit (p. 169 ed. 1562). postea cum anno 1570 in altera sua praefatione calumniatores repellere contendit, haec versus finem affirmat: 'extat Scholion in tractatu de infantibus qui praemature abripiuntur, ubi ignis purgatorii mentio fit: quod a me subditum non esse, nuper Argentinae quibusdam fidem facere non potuissem, nisi exemplo Graeco prolato (quod forte fortuna penes me habebam) indicassem locum, unde illa, verbo fere pro verbo reddito, converteram.' nonne Sifanus fuit is qui hunc locum ut indicaret in libro suo, nunc Parisino 586, linea circumducta notavit?

(Lineamenta quae in ipsis Parisini versibus cognoscuntur duplici ratione inserta sunt. uncinis angulatis minores maioresque sententiarum ambitus terminantur (saepius in altera parte = b rarius in priore = a). partitio huiusmodi ad editiones impressas non spectare sed cum munere interpretis convenire videtur. simili ratione nos textum in partes maiores divisimus. uncinis orbiculatis interclusiones notantur. easdem fere Sifanus iisdemque signis in versione sua notavit et nos in textu graeco conservavimus.)

In his et in ceteris quaestionibus Sifanianis Martinus Henniges, vir doctus, qua est acie et oculorum et ingenii operam studiumque mihi navavit.

edd. Paris. 1573 1605 ed. Paris. 1615 Interpretatio Sifani recepta est in editionem Parisinam anni 1573 (coll. 593-606) deinde a Frontone Ducaeo in editionem Parisinam anni 1605 (coll. 593-606) unde devenit in editionem bilinguam Morellianam Parisiis anno 1615. tum demum textus libelli De infantibus graecus typis excussus est (tom. II pp. 749-770), quem Fronto sive ex ipso Sifani codice, ex altera scilicet codicis Parisini gr. 586 parte, sive ex alio gregis VOKrecc libro hausit. consentit enim editio Morelliana princeps cum Parisini 586 foliis 280v-293v ubique his exceptis: a mendis Parisini propriis quippe quae nunc librarius

Camillus nunc Sifanus sive in textu sive in margine correxerit (vide p. XCVII) editio princeps libera est. sed ipsa laborat peccatis nonnullis: 70,7 πολλὰ: πολλὰς ed. 1615 v; 73,9 νηδύι: ἡδύϊ ed. 1615; 75,8 αὐτῷ: αὐτοῦ ed. 1615; ib.22 ἀνόνητον: ἀνόνητος ed. 1615; 76,21 τοῦ om ed. 1615; 79,9 τῆς om ed. 1615 v; 81,7 ταύτης: ταύτην ed. 1615; 82,11 οἰνοφλοιγίας ed. 1615 (in Par 586 legitur οἰνοφλοιγίας sed υ tenuiter sscriptum); 84,1 γένοιτο ed. 1615 (in Par 586 γένοιτο sed ν alt tenuiter insertum); 85,12 καταγγέλλεται: καταγγέλληται ed. 1615; 88,21-22 οἰνοφλοιγία ed. 1615; 90,24 φασὶ: φησὶ ed. 1615, et praebet recte 82,21 ἐκκαθάρας ed. 1615 v: ἐκκαθήρας Par 586 cum cognatis suis, et variavit consulto 87,14 ὄντως om ed. 1615 v; 94,8 μή: οὐκ ed. 1615 v; 95,13 ἐναντίων Par 586 cum cognatis suis, in marg γ̃ρ ἀναγκαίων Sifanus: χρησίμων ed. 1615 v (ut Ω scil ex vers 95,17). de distinctione sententiarum mutata deque orthographia nunc emendata nunc corrupta tacui.

Angustius cognationis vinculum inter Parisinum 586 et editionem principem nescio an eae lectiones probent quas Sifanus in margine Parisini adnotavit, Fronto autem in textum admisit: 67,13 ἅλματι scr Sifanus γ̃ρ ἅρματι: ἅρματι ed. 1615 v; 72,11 ad ἀλλά τοι scr Sif γ̃ρ ἀλλὰ σοὶ: ἀλλά σοι ed. 1615 v; 80,18 ad ποῦ scr Sif in marg int γ̃ρ που, in marg exter autem τοῦ ex coniectura ut vid: τοῦ ed. 1615 v; 81,14 ad κατέχειν scr Sif γ̃ρ μετέχειν: μετέχειν ed. 1615 v; 82,2 ad ὃ scr Sif γ̃ρ ᾧ: ᾧ ed. 1615 v; 86,13 οὐ notavit signo crucis Sif in Par 586, in editione latina adiecit ‘οὐ habetur pro quo lego ἦ’ et vertit ‘numquid’: εἰ ed. 1615 v; 88,2-3 ad τὴν ἀρχὴν ἥτις scr Sif γ̃ρ τὴν ἀρχήν τις: τὴν ἀρχήν τις ed. 1615 v; 89,10 ad δὲ (sic Par 586 b) scr Sif γ̃ρ δὴ (scil ex Par 586 a): δὴ ed. 1615 v; 94,13 ad εἴασάσε γενέσθαι scr Sif in marg int γ̃ρ ἐάσαι γενέσθαι in marg ext autem εἴασ[: εἴασε γενέσθαι ed. 1615 v.

Ex his locis quamquam non sine momento esse videntur tamen nihil pro certo concludi potest. nam Sifani adnotationes ad 67,13 et 86,13 Fronto in editionibus latinis, lectionem 89,10 δὴ in unoquoque classis primae teste invenire potuit. cetera autem talia non sunt quin vir emunctus ex suo coniecerit. praeterea si Frontonem libro Sifani usum esse credimus, ubi tot lectiones rectiores ex Monacensi 47 arcessitas iuxta corruptelas classis primae legere posset, miramur non solum cur ille non plures locos emendatos reddiderit sed etiam cur verba 93,22-23 οὐδὲν—ἀλήθεια quae Sifanus in margine Parisini suppleverat Fronto non agnoverit sed lacunam asterisco indicaverit.

Nonne igitur gemellum Parisini, librum ex grege VOKrecc nunc deperditum, editionis principis fontem fuisse iudicemus? hanc sententiam obtinere non dubitarem nisi explicatio illa quam in Parisino post 73,15 ἀντίδοσιν, in versione Sifani post 73,17 'refrigata atque refocillata' (scil ἐναποψύχουσα γ̅ρ̅ ἐναναψύχουσα) legimus, in editione Frontonis quoque (post 73,17 ἐναποψύχουσα) inveniretur. editio a codice Parisino hoc modo differt (vide enumerationem versuum p. xcvii adhibitam): ἑρμηνεία vel simile quid non est inscriptum sed totus locus uncis angularibus inclusus est. 3 in textu scr ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παραβολὴν ed. 1615 v περὶ τὴν: περί τε ed. 1615 v; 4 ταύτην: ταῦτα ed. 1615 v; 6-7 ἠδὲ — κριτοῦ: ἡ δὲ ἀπόφασις τοῦ δικαίου κριτοῦ ἀνελεύσονται οὗτοι μὲν — ζωὴν αἰώνιον ed. 1615 v. unde facile cognoscitur memoriam huius loci quam codex Parisinus corruptam quidem sed magis genuinam servavit a viro docto mutatam esse praecedente Sifano interprete. quod si Fronto librum Sifani graecum non inspexit neque codicem quendam ex Parisino 586 descriptum, aut gemellum Parisini 586 adeptus est cui ipsi quoque explicatio inerat—id quod verisimile omnino non putabis—aut explicationem separatim sibi confecit. id fortasse alienum non habebis cum respicias quanti valuerint testimonia Patrum in controversiis de igni purgatorio habitis. tamen verisimillimum hoc esse non iudicabis. quod denique Fronto se versus 91,22-92,20 in manuscripto legisse negavit adnotans in margine p. 767 ed. 1615 'Quae huc interpres inseruerat, cum in nostro MS. non habeantur, omisimus', id cum theologi studio melius congruit quam ut sine suspicione debeat accipi. extat capitulum illud ex quo redolet Origenes in Parisino 586 non prima manu exaratum et in hoc Fronto contentus esse potuit praesertim cum Gregorium vellet defendere.

cod. Urb.9 **ed. Paris. 1638** **ed. Mignei** De Graeca editione principe hactenus. ex ea Josephus Cretensis ut facere solebat textum in Urbinatem (gr. 9 ff. 224v-239) transcripsit. textum primae Morellianae Aegidius Morellus anno 1638 iterum excussit hic illic purgatum (tom. III pp. 317-338), ex altera Morelliana Migneus anno 1858 repetivit (PG 46 coll. 161-192). interpretatio Sifani et apud Aegidium Morellum et apud Migneum legitur.

Libris et manuscriptis et impressis percensitis restat ut pauca subiungam de hac editione. annos circiter 1955-1962 et 1964-1976 Hilda Polack inter socios editionis Harvardianae habita est. ad libellum De infantibus edendum codices manuscriptos contulit,

recensionem fecit, textum apparatu critico atque fontibus quibusdam instructum in usum Colloquii Leidensis anno 1974 vulgavit. libros manuscriptos iterum atque totos contuli, memoriam renovatis curis recensui, in editiones impressas inquisivi, praefationem scripsi. in textu nihil mutavi praeter p. 75,6 (olim 10,6) ἔλαττον pro ἔλασσον; 76,14 (11,12) καὶ pro ἢ καὶ; 76,25 (11,24) ἐν τοῖς οὖσιν pro ἐν τοῖς οὖσιν ἐν τῇ φύσει; 77,17 (12,14) ἀφ' ἑκάστου pro ἑκάστου; 79,12 (13,30) post ἔχοντος distinxi monente Van Winden. apparatum criticum et mutavi consequenter et hic illic supplevi. ordinem tamen siglorum ad praefationem meam non adaptavi.

nova paginarum numeratio ad textum praemissum hac ratione referenda est: p. 67-68,5 (p. 3) — 69,6 (p. 4) — 70,7 (p. 5) — 71,11 (p. 6) — 72,12 (p. 7) — 73,15 (p. 8) — 75,1 (p. 9) — 76,3 (p. 10) — 77,4 (p. 11) — 78,8 (p. 12) — 79,12 (p. 13) — 80,17 (p. 14) — 81,20 (p. 15) — 82,22 (p. 16) — 84,1 (p. 17) — 85,6 (p. 18) — 86,7 (p. 19) — 87,10 (p. 20) — 88,15 (p. 21) — 89,18 (p. 22) — 90,20 (p. 23) — 91,25 (p. 24) — 93,10 (p. 25) — 94,12 (p. 26) — 95,16 (p. 27) — 96,17 (p. 28) — 97,9 (p. 29).

apparatus fontium et testimoniorum quam maxime augendus mihi videbatur ex iis locis praecipue quos in Colloquio Leidensi viri feminaeque docti attulerunt ut Gregorium explicarent, imprimis Paulus J. Alexander, David L. Balás, Wolfgangus Haase, Margarita Harl, Andreas von Ivánka, Christopherus Stead. quae ii commentati sunt et ceteri nempe J. P. Cavarnos, M. Esper, A. Lallemand, F. Mann, G. May, A. Meredith, L. R. Wickham, ea in Actis Colloquii Gregoriani III Leidensis J. C. M. van Winden et A. van Heck Leidae 1976 ediderunt.

Scribebam Francofurti ad Moenum
a.D. MCMLXXXII

Hadwiga Hörner

DE PYTHONISSA

EDIDIT

HADWIGA HÖRNER

(PRAEFATIO)

Gregorii Nysseni epistula 'propter Pythonissam ad Theodosium' in uno codice vetere saeculi X et in decem recentioribus saeculi plerisque XVI conservata est. hi libri quae alia opera contineant quaque de causa, primum quaeratur. codices omnes praeter Urbinatem, editionis Morellianae apographon, hanc epistulam non inter alia Gregorii opera tradiderunt sed una cum Origenis disputatione In primum lib. Regum (PG 12, 1012-1028 Mignei) et Eustathii Antiocheni dissertatione vel potius diiudicatione De engastrimytho contra Origenem (PG 18, 613-673). cum Eustathius ipse curaverit ut opusculum Origenis quocum sibi pugna esset integrum lectori suo ante oculos poneretur (l.c. 616 A), apparet utraque de engastrimytho opuscula iam ante Gregorii aetatem unum cum altero esse coniuncta. quibus Gregorius vel Theodosius ille cui Gregorius epistulam inscripsit libellum de Pythonissa subiunxisse videtur aut doctus quidam vir haud multo post sive in engastrimythum requirens sive in Origenis rationem.

Inde Origenis Eustathii Gregorii Nysseni libelli tres vel tribiblos, ut ita dicam, de engastrimytho in uno corpore coniuncti traduntur. in codice vetere, Monacensi 331, tribiblos inter opera aliorum adversus Arianos et Nestorium de fide recta disserentium reperitur. primum locum tenet Cyrilli Alexandrini Thesaurus de Trinitate (PG 75, 10-656), sequitur tribiblos, deinde Theodoti Ancyrani expositio Symboli Nicaeni (PG 77, 1313-1348), postremum extat Zenonis imperatoris edictum quod inscribitur ἴσον τοῦ ἑνωτικοῦ (PG 86bis 2620 C-2625). in codicibus recentioribus tribiblos cum Zenonis edicto solo coniunctus est. (praeter editiones Migneanas confer editiones criticas ab A. Jahn TU 2,4, 1886 (Orig. Eustath.), E. Klostermann CGS Orig. III, 1901, pp. 283-94, et KlT 83, 1912 (tribibl.), E. Schwartz ABAW 32, 1927, pp. 52-54; 135-137 (Zenonis edict.) elaboratas.) inter Cyrilli Theodoti Zenonis opera ratio quaedam communis cognosci potest. et Theodotus enim et Zeno imperator ad auctoritatem Cyrilli se contulit. neque alienum a vero videtur haec opera iis in usum collecta esse qui saeculo VI ineunte doctrinae patrum Nicaenorum inhaerentes Chalcedonensibus resisterent. at vix cognoscitur quo consilio quidam opuscula de engastrimytho vel de Origenis methodo collegerit ut ea cum dissertationibus de natura Christi et de Trinitate aut cum Zenonis edicto connecteret. quo magis conicio tribiblon iam compositam propriae-

que memoriae traditam esse priusquam inter cetera opera quae citavi appareret.

Cum igitur partes quas Monacensis continet diversae ratione interiore inter se cohaerere non videantur, nescio an causa compositionis levior in titulis detegatur qui litteris maiusculis depicti secundum usum vetustissimum operibus Cyrilli Eustathii Gregorii et inscripti sunt et subscripti. (subscriptio in Gregorii libello erasa est.) legimus in subscriptione libelli Eustathiani post nomen auctoris: ῾ΕΝῸΣ ῎ΟΝΤΟΣ ΤΩ͂Ν Τ̄ῙΗ̄ ῾ΑΓΊΩΝ Π̄Ρ̄ΩΝ quocum confer inscriptionem Theodoti operis ubi eorundem ΤΩ͂Ν ῾ΑΓΊΩΝ ᾿ΕΝ ΝΙΚΑΊΑ Π̄Ρ̄ΩΝ ΤΩ͂Ν Τ̄Ῑ ΚΑῚ ᾿ΟΚΤΏ mentio fit. qua ex conspiratione suspicio mihi incidit num quis solo nomine famaque Eustathii adductus sit ut tribiblon cuius maxima pars Eustathii est inter cetera inmitteret. si hanc compositionis causam agnoscimus, sequitur ut operum seriem quae in Monacensi servata est genuinam, quae in recentioribus extat mutilam habeamus neque moremur quin ex Monacensi, teste unico, recentiores omnes, si modo lectiones non repugnent, derivemus.

Quaestionem usque ad hoc movisse satis habeo. nunc ad textus memoriam recensendam progrediar.

De teste vetere eiusque cum recentioribus ratione

T codex Monacensis graecus 331 membranaceus saec. X foll. 201-203v

T Codicem Monacensem, librum reverendae vetustatis, diligenter iam excussit et aestimavit Albertus Jahn, secutus est Ericus Klostermann (vide edd. supra citt.). uterque editor Monacensem testem unicum habuit. textus in hunc librum aut ex litteris maiusculis recta via, ut monuit Jahn, transcriptus est aut ab exemplari transcripto derivatus alio nullo intermisso. scriba diligens litteras non decore sed accurate scripsit hic illic rasuram adhibens aut spatium relinquens cf 103,5, ib.15 (ἡμ)εῖ(ς) in ras scr; 106,24 ῆ(ν) in ει eras scr, de 103,27 vide infra. in Gregorii parte alteram manum non inveni nisi accentus aliquot et hic et alibi alteri manui debentur. crebra sunt vestigia rationis scribendi veteris, inter ea multa verba aut male a verbis aut omnino non distincta. alia itacismo deformata sunt. liber profecto manibus eorum retinebatur, qui si non eruditione studioque deficerent at certe copia exemplarium egerent ad textus emendandos.

Recentiores usum scribendi rectiorem secuti et itacismo rarius indulgentes in orthographia quidem minus peccaverunt sed menda graviora eadem atque Monacensis omnia fere tradiderunt. in talia nunc inquiramus. quod attinet ad Gregorii partem, sunt quattuor omnino loci ubi recentiores cum Monacensi mendoso non consentiunt: 103,27 νεκυΐας recc: et accent et α deest spatio relicto in T; 104,12 πιστεύουσιν recc: πιστεύσουσιν T; 105,16 ὑπεκρίνατο: ὑπεκρίνετο T; ib.20 ἰωνάθαν recc: ἰωανάθαν T. cum ex his quattuor locis clare non cognoscatur quae ratio inter Monacensem et recentiores intercedat, totam tribiblon Zenonisque edictum perscrutata sum ut testimonia certiora acquirerem. contuli ff. 174-203v et 219-220v codicis T, ff. 109-166 codicis Ott, ff. 1-102v codicis Caes, ff. 137-152v codicis H. repperi consensum recentiorum contra veterem in erroribus saepe, in rectis raro. et sicut in Gregorii parte item in ceteris recta quae consensus recentiorum solus praebet talia sunt qualia doctus quilibet et prudens vir, in grammaticis bene versatus, facile excogitare potuerit simili modo quo librarios saeculi XVI textum recepisse infra videbimus. quae cum ita sint, quamquam vestigia Monacensis peculiaria in recentioribus non multa recognoscuntur praeter verba perperam continuata, tamen mihi quoque verisimillimum videtur tribiblon Zenonisque edictum ad recentiores ex Monacensi devenisse.

(exempla quae pro testimoniis afferam in contextu editionis Erici Klostermann inspicienda sunt cuius paginas et hic et infra notis numerorum inclinatis laudabo. codices Ottobonianum Caesaraugustanum Vallicellianum sub siglo recc comprehendam, pro Monacensi qui editoribus prioribus M audit ego utar T. recc contra T praebent recta *4,9* ζητήσαις ἂν recc: ζητήσεσαν T; *25,27* ἠξίου recc: ἠξίοι T; *28,12* ἐξέφερον recc: ἐξέφεραν T; *29,31* μείζων recc: μείζω T; *40,26* οἷόν τε recc: οἴονται T; *50,8* αὐτῷ recc: αὐτὸ T; *51,26* ὑποκρίνεσθαι recc: ὑποκρίνασθαι T; (*57,13* verba ἐνθάδε οὖν τι ποιεῖ ἐγγαστρίμυθος in recc extant: om T homoeoteleuti causa sed manus altera in marg adscripsit ut inserenda). recc contra T praebent alia haud inepte variata: *14,6* εἶχε edd ἔχετε T ἔχεται recc; *ib.14* φυλάσσειν T (sec LXX): φυλάξαι recc; *28,22* τις ὑπολάβοι[εν] ἂν Klostermann τις ὑπολάβοιεν αν T τίνες ὑπολάβοιεν ἂν recc; *40,23* ἐνβακχεύοντος T: ἐκ- recc; *44,3* ζητητέον T: ζητητέα recc; *46,22* γενητῶν T: γεννητῶν recc; *50,7* ἐκπονηθεῖσιν T: ἐμ- recc; *51,25* γνώμης T: γνώμην recc. et praebent recc plura quam T: *20,19* ἰησοῦ T: ἰησοῦ χριστοῦ recc; *26,5* οὐδαμῶς T: οὐδὲν οὐδαμῶς recc (οὐδὲ Caes); *53,13* ψυχὰς T: ψυχὰς δικαίων recc. vestigia codicis T nescio an a recc prodantur his locis: *4,7* μέν τι edd: μέντι T μέντοι recc; *42,10* εἴπω; κεκραγώς edd: ειπωκεκραγως T ὑποκεκραγὼς recc; *59,29* μὲν τοιούτῳ edd: in μὲν τοι desinit versus et ουτω incipit sequens in T μέντοι οὕτω recc; *60,25* ἤρετο edd: ἤρατο T κρατο recc; *60,3* verba τοῦτο—*4* ἀληθές in recc desunt.

ubi scriba ex versu superiore ad versum inferiorem aberrare potuit si versus 13sq fol. 199v codicis T ante oculos habuit. ex altera lacuna *7,15-16* ubi verba ἀληθεύει—ἀπὸ σοῦ om recc homoeot causa nil concludi potest. contrariae sunt falsae verborum distinctiones in recc solis cf *32,22* γεγωνότως T: λέγων οὕτως recc; PG 86bis 2624 B15 ἡνώσαμεν Migne ἑνώσωμεν T: ἐν ὅσω μὲν recc (-ῳ Caes H) neque talium errorum ratio in aperto est. testimonia haec fere sunt omnia. investigationi meae operam fideliter navavit Jacobus McDonough.)

Haec dicere habui de teste vetere et de origine recentiorum remota. restat ut in recentiores porro inquiramus eorumque necessitudines explicemus.

De recentioribus Ott Caes H

Ott codex Ottobonianus graecus 189 chartaceus saec. XVI ex parte foll. 159-163v

Caes codex Caesaraugustanus Bibl. de Pilari graecus 1732 (nunc Neoportensis Univ. Yale fundi Beinecke 288) chartaceus saec. XVI foll. 79v-87

H codex Vallicellianus graecus 125 olim R 26 chartaceus saec. XVI foll. 150-151v

Priusquam e textus recensione quae ratio inter hos libros intercedat explicem, de codicum librariis possessoribusque breviter agam.

Ott. 189 Ottobonianus continet tribiblon de engastrimytho una cum Zenonis edicto fasciculis propriis inscriptam compactamque in unum corpus cum aliis partibus quas scribae diversi exaraverant. tribiblon Zenonisque edictum scripsit Ioannes Honorius a Mallia presbyter Hydruntinus, qui scriptor Bibliothecae Vaticanae erat inde ab anno 1535 et libros inter annos 1536-1555, quantum scimus, ipsa manu significare solebat. diem obiit Romae 'apud sedem apostolicam' a. 1563. (cf R. de Maio. Studi e Testi 219, Romae 1962 p. 299 adnn. (quo de libro Salvator Lilla, vir doctissimus et ipse quoque scriptor huius bibliothecae nobilissimae, benigne me certiorem fecit) et cf Feron/Battaglini pp. XVsqq, XXV, 107sq; Vogel/Gardthausen p. 183 opp. pp. CLXVIII et CLXXVI citt.) liber fuit Guillelmi Sirleti. vir ille egregius ex gente Calabra in Calabria et Romae praecipue vitam degit. constat eum inde ab 1548 in Bibliotheca Vaticana indices librorum manuscriptorum Graecorum elaborasse, anno 1553 a Marcello Cervini tunc cardinali custodem eiusdem bibliothecae factum esse, quinque annis post protonotarium apostolicum a Paulo VI nominatum, anno 1566 a Pio V cardinalem

electum esse. Sirleto igitur dum in Vaticana bibliotheca versaret ampla occasio data esse videtur ut a Ioanni Honorio scriptore codicem sibi compararet nisi forte Cervinus ut erat bibliothecarius hunc librum scribendum curavit et Sirleto familiari suo hereditate reliquit. liber post mortem Sirleti in manus Ascanii Colonnae devenit, inde ab anno 1611 inter libros Ioannis Angeli ducis ab Altaemps fuit.

Caes. Caesaraugustanus continet alia nulla praeter tribiblon de engastrimytho Zenonisque edictum. librum a Ioanni a Sancta Maura scriptum esse ex ductu stiloque clare cognoscitur. librarium Ioannem anno 1573/4 in Calabria, anno 1582 Neapoli versatum esse scimus, anno autem 1584 Romae fuisse ubi Cardinali Sirleto operam suam navaret. inde ab anno 1585 usque ad 1618 Ioannes a Sancta Maura fuit scriptor Bibliothecae Vaticanae (cf H. Omont Rev. Ét. Gr. I (1888) pp. 177sqq, M. Vogel et V. Gardthausen pp. 193 adn. 10; 194). de codicis possessore in primo folio legimus: 'Est D. B. Laurentii, canonici ecclesiae S. Mariae de Pilari, Romae, Kalend. Julii, an 1586' et in folio verso: 'Omnia ex Bibliotheca Vaticana descripta expensis Bartholomaei Laurentii, canonici ecclesiae S. Mariae de Pilari Caesar Augustanae, Romae, an 1586'.

H Vallicellianus continet tribiblon cum Zenonis edicto fasciculis propriis inscriptam, qui cum diversis aliis compacti sunt. in illis fasciculis eandem manum quae Caesaraugustanum scripsit plane cognovimus. idem est ductus, stilus idem. hoc tantum differt scriptura in Vallicelliano quod litterae sunt minutiores et angustiora sunt spatia. inter libros igitur quos Ioannes a Sancta Maura confecit etiam Vallicelliani folia 137-152v referenda sunt. vide infra quoque p. CLIX.

Nunc ad recensionem ipsam. textum in codices Ottobonianum Caesaraugustanum Vallicellianum ab uno eodemque fonte derivatum esse exemplis quae modo attuli iam probatur. expedit nihilominus ex Gregorii parte ceteras lectiones omnes hic proferre quibus Ott Caes H communiter ab Monacensi T discrepant: 101,4 εὑρήσετε T: εὑρήσητε Ott Caes H; 102,9 τῶ T: τὸ Ott Caes H; ib.10-11 τὸν θεὸν T: τῷ θεῷ Ott Caes (τῷ om cum pluribus verbis) H; 103,1 διαβῆναι T: ἀναβῆναι Ott Caes H; 104,21 σκιοειδῶς T: σκιωειδῶς Ott Caes H; 105,12 τε T: τε καὶ Ott Caes H; ib.24 ἔσεσθαι T: ἕπεσθαι Ott Caes H; ib. εἰπὸν T: εἰπὼν Ott Caes H; 106,12 ὄντως

T: ὄντων Ott Caes H; ib.19 τῆς ante ἀνομβρίας T om Ott Caes H; 107,3 προσηγεν (sic) T: προῆγεν Ott Caes H. de fonte non liquet 101,15 δι' T Caes: δ' Ott H; 103,6 ἀδιόδευτον T Ott: ἀδιώδευτον Caes H; 104,23 τῶ γυναίω T τῷ γυναίῳ Caes: τὸ γυναίω Ott(in τὸ γύναιον mut) τὸ γυναίῳ H; 106,18 ὥστε τὴν T Ott: ex ὥστην corr Caes H, nisi haec sicut nonnulla in ceteris partibus testimonium dant de variis lectionibus vel potius correctionibus in fonte exhibitis.

De fontis indole hoc quoque erui posse videtur quod unusquisque versus litteras non plus quam triginta tres neque minus quam viginti quinque tenuit. tot enim litterae numerantur ubicumque Ioannes a Sancta Maura in scribendo festinans complura exemplaris verba neglexit neque homoeoteleuto ut ita faceret deceptus est. similem litterarum numerum in plerisque lacunis homoeoteleuto effectis deesse videmus nisi maiores sunt lacunae quam ut dinumerentur. quod ad litterarum formam attinet, vestigia scripturae vetustioris supersunt velut litterae β et κ vel υ, κ et μ, χ et γ vel λ inter se confusae. haec ad codicem T vel ad omnem librum similis aetatis reduci possunt. extant aliae litterae confusae velut ε et α vel ο, α et υ vel ω, ω et ει vel ε, σ et ν, quae ad recentiorem scribendi usum referendae mihi videntur.

(de correctionibus in fonte confer ed. Klost. p. *6,8* λέγον T (sine acc) Caes: λέγων cruce sscript, in marg γρ λέγον Ott λέγων ο sscript H; *21,21* ἐξορκιζόμενος T Ott: ἐξαγοριζόμενος Caes ὁριζόμενος H; *ib.24* εἴωθε γοῦν T H: εἴωθεν οὖν Ott Caes. de numero litterarum in versibus fontis confer ed. Klost. p. *27,8* τὰς—δὲ om Caes (25 litt); *29,18* ὁ μὲν ante ἱεροφανίᾳ (sic) add sed delev Caes(aberrans 29 litt); *57,13-14* περὶ—δικαίου om Caes (32 litt); *58,2-3* δίκην—ἄκων om Caes(28 litt); PG 86bis 2624 B2 τὸν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα om Caes. litterarum confusiones exemplis demonstrare supersedeo.)

De fonte codicum Ott Caes H proximo plura non habeo experta. exemplar unde in manus Ioannis Honorii vel Cervini vel Sirleti devenerit, nescio neque quo ex eorum manibus excesserit. anno 1586 ex hoc exemplari Ioannes a Sancta Maura codicem in usum Bartholomaei Laurentii deprompsit. habemus verba canonici quibus gloriatur 'omnia ex Bibliotheca Vaticana descripta' esse. nunc in hac bibliotheca vestigia nulla. (codex enim ille ex quo Allatius Eustathii et Origenis libellos anno 1629 edidit quemque librum Vaticanum fuisse Huetius anno 1668 suspicatus est certe non fuit exemplar codicum Ott Caes H commune neque unus eorum. nam

textus ex.gr. Origenis hiat in fonte Ott Caes H duabus lacunis, in Caes et H (usque ad p. *10,28* Klost) duabus aliis, accedunt in H duae, in Caes undecim. quod si A. Jahn indicat ex Monacensi 331 undecim lacunas quibus textus in editionibus prioribus hiaret expleri posse, apertum est Allati codicem aut Vaticanum 1073 fuisse, quem in totum non excussi, aut alium nunc amissum. vide ad A. Jahn op. supra p. CIL cit. pp. X, XXIV, XXVI et app crit passim.) an fieri potuit ut canonicus Bartholomaeus inter bibliothecam et bibliothecae scriptorem non distingueret?

Initium tribibli Ioannes a Sancta Maura fortasse ex codice H in codicem Caes transcripsit. nam in codice Caes usque ad mediam partem Origenis (i.e. p. *10,28* ed. Klost.) non solum omnia menda insunt quae codex H continet praeter tria levissima sed etiam aliquot verba falso repetita quae unum versum codicis H complent (ed. Klost. p. *4-5* post ἐπὶ repetivit *3-5* τῆς—ἐπὶ Caes i.e. fol. 137 vers 13 cod H, sed ἀναγωγῆς H: παραγωγῆς Caes). praeterea in Caes menda propria reperiuntur et multa verba desunt quoniam Ioannes hunc librum stilo volante exaravit totum, sed partem Origenis neglegentissime.

Initio excepto nulla dubitatio est quin sola fraternitatis ratio inter codices Ott et Caes et H intercedat et recte fecerimus quod ex unoquoque formam fontis proximi interpretati simus.

Confer in parte Gregorii quae menda codici Caes insunt propria: 102,10 ἀποβλήτῳ—φασι τὸν om Caes; 103,20 αὐτομολῆσαι: αὐτομολογῆσαι Caes; ib.25 ἡ: ἢ Caes; 104,6 φυσώδους: φυσιώδους Caes; 106,10-11 ἡ μέντοι—Βαλαὰμ om Caes; ib.25 προφήτῃ: προφητῆν sic Caes; 106,26 τὴν om Caes; 107,8 ὁ ante ἄρτος om Caes.

Nunc cf quae codici H peculiaria sunt: 102,4 παρέσχοντο: παρέχοντο H; ib.12 ἴδῃ: δὴ H; ib.16 μέσον T Ott Caes: μέσων sed sscr ο H; ib.17 ἐστηρίχθαι: ἐστήρικταί sic H; 103,4 ἐν: ἐν εν H; ib.7 διήρχετο: διήργετο H; ib.18 τοιαύτη καιρία: τοιαύτῃ καιρίᾳ H; 104,23 τὸ ante γύναιον om H; 105,19 ἠβούλετο: ἐβούλετο H; ib.21 add ὁ ante Σαμουὴλ H; 106,13 εὐφυῶς: εὐφωῶς H; ib.18 ἐκφωνηθεῖσαν: ἐκφωηθεῖσαν H; ib.26 διακονία: διακονίᾳ H; 107,1-2 ἐχορηγεῖτο: χορηγεῖτο H; ib.7 εἰ δὲ πρωϊ (ex προς) in textu, in marg ἴσως εἰς δὲ H; ib.10-12 μὲν τῆς κατ' ἀρετὴν—τοῖς τελειουμένοις om H; ib.21 τὸ ante μέρος om H; 108,1 ὑποχείριον: ὑπούποχείριον H; ib.8 διδόντος: διδόντως H.

Rarissimi sunt lapsus in codice Ott: 103,5 τῆς: τοῖς Ott; ib.28 κατακωχὰς T Caes H κατακωλὰς Ott; 106,8 συνάντησιν: συνάντησι

Ott; 107,1 παραμεμενηκότες: παραμεμυηκότες Ott; ib.3 εἰδωλόθυτον: ὑδωλόθυτον Ott; ib.15 κάλυμμα: σκάλυμμα Ott; ib. ἀγνοήσεις: ἀγνωήσεις Ott; 108,1 ὥστε: ὥσθαι Ott.

Codices in partibus Origenis Eustathii Zenonis simili modo unusquisque atque in hac Gregorii parte depravata sunt. cum Ioannes a Mallia qua erat diligentia rarissime peccaverit, ex omnibus partibus ea quae omisit huc colligam, ut planum faciam codicem Ott fratrem non patrem codicum Caes et H esse.

(omisit Ott solus ed. Klost. p. *4,17* οὗ; *14,7* δὲ: *ib.27* ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς; *24,21* εἶδε; *26,32* ἀνοίᾳ; *29,26* εἶ; *31,2* πρῶτον; *44,7* δὲ; *47,31* τῷ θεῷ; *48,20* τὰ; *62,15* πατεῖσθαι. Ioannem a Sancta Maura neque hos locos in transcribendo restituere potuisse pro certo habeo neque *45,8* ubi ἐκεῖσε deprav Ott in ἐκείνου aut *19,13* ubi in Ott legitur ἐπισκυχορῶ κλῆσαι pro ἐπισκυκλῆσαι χορῶ in T (sine acc et iota subscr)Caes H(punct supra -κυκ-) scil ἐπεισκυκλῆσαι χορῷ edd.)

De recentioribus antesignanis hactenus.

De codicis H progenie

Codices septem qui restant omnes ex H derivati sunt. quamquam igitur memoriam genuinam non testantur, tamen quoniam de mutatione memoriae deque facultatibus librariorum testimonium dant eos diligenter enarrandos putavi.

Vat codex Vaticanus graecus 1073 chartaceus saec. XVI foll. 77v-84v
Burn codex Musei Britannici Burneianus graecus 53 chartaceus saec. XVI foll. 78-85
Zam codex Varsaviensis Bibl. Narodowa ordinationis Zamoytski Cim 142 chartaceus saec. XVI foll. 173-179
Ash codex Laurentianus Ashburnhamianus graecus 1283 chartaceus saec. XVI foll. 68-74
Sin codex Sinaiticus S.Catharinae graecus 1139 chartaceus saec. XVI ex parte foll. 62v-68
Ambr codex Ambrosianus graecus 722 olim R 111 sup chartaceus saec. XVI foll. 242-244v
de Urbinate vide infra p. CLXV

Vat. 1073 Vaticanus continet alia nulla praeter tribiblon de engastrimytho Zenonisque edictum. scriba fuit Ioannis a S. Maura qui librum signavit in ultimo folio adnotans Ἰῶ σαγκτα μαῦρασ, ἀντέγραφεν:

Burn. Burneianus simili modo atque Vaticanus tribiblon tantum et Zenonis edictum continet. scriba ex ductu stiloque Ioannis a S. Maura cognoscitur. in fine codicis adnotatio extat haec ‘Accepi in foliis

solutis dono Julii Caesaris filii Joannis à S.ta Maura, Romae, die VII mensis Januarii 1585'. utrumque librum M. Vogel et V. Gardthausen memorant p. 194 et 196. quod Burneianum anno 1585 scriptum non donatum indicant, nescio an recte faciant.

Varsaviensis autem et Laurentianus Ashb. et Sinaiticus ab alio librario exarati sunt, ab eodem unusquisque, ut plane apparet et ex scriptura simillima et ex ornatu eodem quae in his libris reperiuntur.

Zam. Codex Varsaviensis ord. Zam. continet Herennii philosophi enarrationem in Aristotelis Metaphysica, deinde tribiblon Zenonisque edictum. omnes partes una manus scripsit. codex olim inter eos libros fuit quos in usum Academiae Zamoscensis attulit praecipue conditor ipse, Ioannes Zamoscius, vir nobilissimus neque solum in castris consiliisque sed etiam in litteris excellens, qui iam anno 1564 cum Universitati Paduensi praefuit codices graecos in Italia sibi potuit parare, attulit praeterea Zamoscii consiliaris aetate minor Simon Simonides, (a.1558 natus), poeta atque editor, qui iam ante quam Zamoscum atque Academiam frequentavit (a.1598?) libros manuscriptos e longinquo sibi arcessere solebat. humanistarum Poloniae eminentium uter codicem nostrum comparaverit non liquet. extat nomen 'Simon Simo[i]des' folio primo inscriptum et Simonides librum Herennii ex hoc codice edidit. qua de causa R. Foerster cuius enarrationem codicis diligentissimam quaeso inspicias (opp. p. CLXXVII citt.) de Zamoscio comparatore dubitat et parvam fidem habet verbis quibus Zamoscius codicem nostrum e Graecia allatum esse indicare videtur cum a.1604 scriberet 'imprimitur etiam Herennii philosophi Platonici commentarius de Metaphysicis non ita pridem a Graecia allatus'. nobis pro nostra parte haec Zamoscii sententia, si quidem ad nostrum codicem spectat, plane refellenda est. nam tribiblon una cum edicto Zenonis ex apographo codicis Vallicelliani in Varsaviensem descriptam esse certis testimoniis possumus affirmare.

Ash. Laurentianus Ashb. continet tribiblon tantum et edictum Zenonis. liber fuit olim collegii Mussipontani soc. Jesu quo devenerat 'dono Domini Jacobi Dornonii apud Serenissimum Lotharingiae principem libellorum supplicum magistri' (sic E. Rostagno et N. Festa op. p. CLXXIII cit., pro Dornonii legendum est Bornonii, vide infra p. CLXII). Bornonius hoc magisterium usque ad annum 1591 tenuit (cf E. Martin, L'Université de Pont-a-Mousson, Paris 1891, p. 39 adn. 1).

Sin. Sinaiticus continet tribiblon et edictum Zenonis (quod V. Gardthausen in catalogo p. CLXVIII cit. neglexit). scripsit has partes quattuor eadem manus, ut dixi, quae Varsaviensem et Laurentianum confecit, sequuntur ab altera manu exarata Convivium Methodii et epistulae aliorum. Sinaiticum in oriente ortum non esse mox apparebit.

Ambr. R 111sup Ambrosianus continet tribiblon cum Zenonis edicto tamquam partem separatam inter varia variorum opera ad res physicas mathematicas grammaticas spectantia. tribiblon et edictum scripsit Camillus Venetus qui plurima nobilium antiquitatis auctorum opera in usum eruditorum sui saeculi nitide transcripsit (cf M. Vogel et V. Gardthausen p. 288, Aem. Martini et D. Bassi op. p. CLXXIV cit. tom. I p. XXVII). liber fuit Ioannis Vincentii Pinelli patricii Januensis, qui anno 1601 diem obiit.

Ad textum denique quem codices praebent recensendum procedamus.

Vat. 1073 Codex Vaticanus (Vat) a Vallicelliano (H) non discrepat nisi his locis: praebet recte 101,4 εὑρήσετε Vat; 102,17 vide ad Burn; 103,4 ἐν semel scr Vat; ib.7 διήρχετο Vat; 106,13 εὐφυῶς Vat; ib.26 διακονία Vat; 108,1 ὑποχείριον Vat. in locis dubiis Vat scripsit 102,16 μέσων et sscr ο Vat ut H; 104,23 τῷ γυναίῳ: τὸ γύναιον prius sed in τῷ γύναιῳ sic mut Vat; 106,11-12 τὸν ὄντων in τῶν ὄντων mut sed supra τῶν scr ον Vat; 107,7 εἰς δὲ πρωῒ Vat. corrupit 101,9 πρόσεχε : προσέχετε Vat; et 101,18 et 102,3 τοῦ : τὸν Vat; 103,17 καίρια ; κύρια Vat; ib.27 ἡπατοσκοπίας : ἡπατοκοπίας Vat; 104,3 ἡπατημένης : ὑπατημένης Vat; 106,17-20 post χειμάῤῥου omisit ὕδωρ πίνειν—χειμάῤῥου Vat; ib.24 πιεῖν : ποιεῖν Vat; 107,21 post συγκατανοηθήσεται repetivit 20-21 προσεδρίας—συγκατανοηθήσεται Vat; 108,2 εἰς om Vat. neque errores neque emendationes tales sunt ut Vallicellianum Vaticano exemplari fuisse negari possit, immo vero verba omissa seu repetita manifeste probant Vaticanum ex Vallicelliano descriptum, quoniam scribae oculos in exemplari cognoscendo ad eundem versuum locum aberravisse apparet (cf ad 106,17-20 fol 151 Vallicelliani versus 18 et 21; ad 107,20-21 fol 151v Vallicelliani versus 4 et 3). librarius igitur, i.e. Ioannes a S. Maura, textum e codice quem ipse confecerat transcribens eo modo mutavit ut alia corrumperet itacismo seductus alia pessumdaret nimis in scribendo festinans vel deceptus in sua ipsius scriptura discernenda, nonnulla autem restitueret mendis partim spontaneo quodam instinctu cognitis (e.g. 103,7) partim deliberatione (velut 104,23;

106,11-12). et ea restituit quae falso iteraverat, quem ad lapsum ille vir pronus erat, ut nonnulli loci in Caesaraugustano Vallicelliano Vaticano probant quorum plerosque scriba statim correxit.

Burn. Simili ratione qua Vaticanus etiam Burneianus ex Vallicelliano depromptus est. recte enim praebet Burn cum Vat contra H 103,4; 106,13; ib.26; 108,1 sine Vat 106,18 ἐκφωνηθεῖσαν Burn; 108,8 διδόντος Burn, et rectius quam H scripsit 102,17 ἐστήρικταί Burn ut Vat scil accent grav supra η in acut corr Burn. consentit Burn cum Vat in mendis et 101,18 et 102,3; 103,27; 106,24. in locis dubiis legit 102,16 μέσων Burn; 104,23 τῷ γυναίῳ Burn recte; 106,11-12 τῶν ὄντων Burn; 107,7 εἰς δὲ πρωῒ Burn. praeterea Burn his locis differt ab H: 101,4 εὑρήσεται scr sed sscr et η et ι ut εὑρήσητε legeretur Burn; ib.8 μεγαλοδωρεᾷ : μεγαλοδρωρᾷ Burn; ib.11 δώῃ σοι : δώσοι Burn; ib.13 ὑποβάλῃ : ὑποβάλλει Burn; ib.15 add ἐν παντὶ λόγῳ ante μάθοις sed lineam subscr Burn; ib.17 λοιπῶν : λόγων Burn; 102,9-10 (δυσανασχε)τοῦντος—συγχω(ρεῖσα sic) om Burn; 104,14 μαγγανεία : μαγκανεία Burn; ib.16 ἀπογνώσει : ἀποινώσει Burn; 106,20 ἐδόθη : ἐδώθη Burn; ib.22 μὴ εὑρισκομένης om Burn; 107,1 παραμεμενηκότες : παραμένοντες Burn; ib.3 μεμιασμένων : μεμισμένων Burn; ib.9-10 post αἰνίγματος om πρὸς—ἀρχομένοις Burn; ex 102,9-10 ubi unus Vallicelliani versus (fol 150 Vall vers 18) totus in Burneiano desideratur et ex 107,9-10 ubi scribae oculi in eodem fere loco a versu inferiore ad versum superiorem aberraverunt (cf fol 151 Vall versus 34 et 33) manifeste probatur Burneianum ex Vallicelliano dependere. ceterum et corruptio et variatio lectionum in Burneiano aliquantulo gravior esse videtur quam in Vaticano. num Ioannis filius stilum patris mira cum sollertia imitatus Burneianum exaravit? utcumque res se habet, de Vallicelliano ab Ioanne ipso scripto atque exemplari codicibus Vat et Burn describendis adhibito dubitandum non est. et apparet ex sumptu minore litterisque confertis fasciculum Vallicellianum (H) a Ioanne in usum proprium non pulchre quidem sed diligenter praeparatum esse. apographa autem Vat et Burn (sicut librum alterius origenis Caes) Ioannes spatioribus et litteris et versibus et marginibus confecit, ut bibliothecas doctorum virorum exornarent.

De apographis Vat et Burn quorum menda propria nusquam alibi apparent satis dictum est.

Zam. Ash. Sin. Textum ex H derivatum librarius ille ignotus recepit qui codices Varsaviensem (Zam) et Laurentianum (Ash) et Sinaiticum (Sin) exaravit. hi enim libri tres ubi conspirant inter se ibi cum H faciunt

paucis his locis exceptis: peccant Zam Ash Sin proprio modo 101,16 ἀλλήλων : ἀλλήλω Zam Ash Sin; ib.17-18 προτεταγμένον : προτεγμένον Zam Ash Sin προτεταγμένον in marg Sin; 102,10 διαλλαγῆναι : διαλαλγῆναι (λ alt eras) Zam διαγῆναι Ash(λα sscr) Sin, in fonte fort λα sscript; 103,22 μελλόντων : μελλώντων Zam Ash Sin; 104,1 ἴδοι H(cum cett) ἤδοι Zam Ash Sin(ἤ-); ib.21 σκιωειδῶς H(cum Ott Caes Vat Burn) σκιωνδῶς Zam Ash Sin (σκιῶν δῶς); ib.23 γοητείας : γοητίας Zam Ash Sin; 105,2 κατεπλάγη : κατεπλάγι Zam Ash Sin; 106,17 παρὰ om Zam Ash Sin; ib.23 ἀπειρῆσθαι : ἀπειρεῖσθαι Zam Ash Sin; ib.24 ἐπάναγκες : ἐπανάνκες Zam Ash Sin; 107,1 θεοῦ om Zam Ash Sin; ib.3 μεμιασμένων : μεμιασμένω Zam Ash Sin; ib. 7 συγκαταδικασθῆναι : συγκαταδικαθῆναι Zam Ash Sin; ib.15 μωυσέως : μοϋσέως Zam Ash Sin; ib. ἀγνοήσεις : ἀνοήσεις Zam Ash Sin; ib.16 τοῦ ante Παύλου om Zam Ash Sin; 108,5 ἐπιζητηθέντων : ἐπιζητηθέντω Zam Ash Sin. peccant Zam Ash Sin cum alio semel, fortuito scilicet, 103,28 κατοκωχὰς : κατακωχὰς H cum cett κατακωλὰς Zam Ash Sin et Ott. ex variis codicis H lectionibus praebent has 102,16 μέσον Zam Ash Sin; 107,7 εἰς δὲ πρωῒ Zam Ash Sin. recte praebent 106,18 ἐκφωνηθεῖσαν Zam Ash Sin; 108,1 ὑποχείριον Zam Ash Sin, rectius quam H 102,17 ἐστήρικταί Zam Ash Sin. restant pauci loci ubi de fonte Zam Ash Sin non liquet utrum auctor memoriam H retinuerit an sua sponte egerit: 102,15 μαντεύσαντα H Ash: μαντεύματα (sed μαντεύσαντα in marg) et Zam et Sin; 103,4 ἐν Zam Sin: ἐν εν H ἐν ἐν Ash; 104,21 μορφὰς H Ash: μορφαὶ ut vid Zam Sin; 105,8 φαρμακίδος H Ash: φαρμακίδρος Zam Sin; 106,19 ἀνομβρίας H Sin: ἀνομβίας Zam Ash.

Quicumque igitur exemplar codicum Zam Ash Sin commune confecit, is nunc itacismo indulsit nunc verba minora neglexit et pronus erat ad litteras singulas omittendas vel confundendas. quae genera mendorum apud Ioannem a S. Maura, quantum experta sum, non item praevaluerunt. sed nil pro certo probari potest praeter id quod codicum Zam et Ash et Sin exemplar aut apographon fuit codicis H aut apographi apographon et inde textus in unumquemque librum ab uno eodemque viro transcriptus est. mendis enim unicuique peculiaribus prohibemur quominus alium ex alio dependere censeamus.

cf quae Zam praebet propria: 102,10 vide supra; 103,17 τὰ om Zam; 104,16 γεγονότος : γεγονήτος Zam; 105,5 διπλοΐδι : διοίδι Zam; ib.10 σαμουὴλ : σασαμσ̅υ̅ὴλ Zam; 107,1 ἀληθινοῦ : ἀληκότες τῇ τοῦ θινοῦ sed κότες τῇ τοῦ delev Zam; ib.19 λευϊτικὸν : λευϊκὸν Zam; 108,2 εἶς : εἰς Zam.

cf quae Ash praebet propria: 101,10 Παύλου om Ash; ib. σὴν om Ash; 102,6 τοῦτο : τοῦ Ash; 103,6 ἀδιώδευτον H Zam Sin al ἀδιώτευτον Ash; ib.20 αὐτομολῆσαι : αὐτομολῆσας sic Ash; 106,5 λέγοντος : λέγοντες Ash; 107,9 τόν om Ash; ib.14 ἐχόντων : ἐχόντον Ash; 108,4 σεσαφήνισται : σαφήνισται Ash.
cf quae propria praebet Sin: 101,8 ἐπιδαφιλούμενος cett Sin in marg, ἐπιδαφούμενος Sin in textu; 101,17-18 et 102,10 vide supra; 103,12 ὄντι om Sin; ib.17 ἐπίνοια : ἐποίνοια Sin; 104,14 ἡ μαγγανεία : ἱμαγγανεία sic Sin; ib.21 διαφόρους : δϋαφόρους Sin; 105,1 διασαφῆσαι : διαφῆσαι Sin; 107,14 γεγυμνασμένα : γεγυμειασμένα Sin. ecce librarius diligentissimus qui cum Zam et Ash et Sin exaravit plura non corrupit. sive suam ipsius sive exemplaris consuetudinem secutus in Zam et Sin verbum τέλος addidit in extremo.

Ambr. 111sup. Ex Sinaitico Camillus Venetus textum in codicem Ambrosianum transcripsit sua sponte alia restituens alia conturbans. nam omnia quae supra citavi Sinaitici propria et Ambrosianus praebet neque umquam ab Sinaitico discrepat nisi his locis: 101 et 8 et 17-18 lectiones rectas quas Sin in marg adhibuit Ambr neglexit; 102,1 ἤρεσε : ἤρεσθέ sic Ambr; ib.8 σαοὺλ : σᾱλαοὺλ (σᾱσο̄ὺλ m² in marg) Ambr; ib.14 τὸν : τοῦ Ambr; 103,14 δοίη : δόση Ambr; 104,1 vide supra ἤδοι Sin ἴδοι Ambr ut T Caes Ott H Vat Burn; ib.14 ἡ μαγγανεία recte Ambr; 105,13 ἀπατωμένου : ἀπατομένου Ambr; 106,5 λαλήσει : καλήσει Ambr; ib.24 ἐπάναγκες recte Ambr; ib.26 διακονία recte Ambr; 107,7 συγκαταδικασθῆναι recte Ambr; ib.14 γεγυμειασμένα Ambr ut Sin sed ει expunx et ν sscr Ambr; ib.15 p. CLX μοϋσέως Sin μωσέως Ambr; ib.26 τεταγμένος : τεταγμένοις Ambr; 108,3 στρατιᾶς recte Ambr solus praeter ed. 1638 Migneum: στρατειᾶς cett et ed. 1596 ed. 1615; ib.8 p. CLV διδόντως Sin διδόντων Ambr.

Inter codices recentiores alii duo numerandi sunt. codicem Taurinensem gr. 316 chart. saec. XVI tribiblon de engastrimytho continuisse admonet I. Hardt in catalogo Bibl. Monac. p. 320 (cf Pasini catal. bibl. Taur. I p. 396). quid aliud Taurinensi infuerit nescio. liber incendio anni 1904 deletus est (cf. M. Richard, Répertoire 1958² p. 229).

Codex denique Berolinensis Phillipp. gr. 1468 chart. saec. XVII foliorum 21 alia nulla nisi Eustathii Origenisque libellos de engastrimytho continet scil. ordine inverso (cf. W. Studemund et L. Cohn, catal. Bibl. Berol. sub numeri nota 64). hunc librum ego non inspexi. Ericus autem Klostermann et Taurinensem et Berolinensem novit et reiecit. quod vir ille doctissimus perspicere non

potuit quae ratio inter recentiores intercederet, mirandum non est. nam in codices antesignanos Ott H Caes non incurrerat.

Libros manuscriptos omnes praeter unum enarravi. iam habeas stemmatis diagrammata.

aut hoc modo



aut — id quod multo verisimilius est — hoc modo



*) Caes initio fortasse filius, deinde certe frater codicis H est

memoria derivanda est. simpliciora sequuntur, vide p. CLXIII.

De editionibus impressis et de codice Urbinate

ed. 1596 Libellum de Pythonissa Fronto Ducaeus primus Ingolstadii anno 1596 inter alia Gregorii Nysseni opuscula aliunde arcessita et graece et latine edidit (pp. 49-64 impressum) 'ex manuscripto libro' ut ipse in catalogo indicavit 'Bibliothecae Collegii Mussipontani societatis Jesu quem nobis dono dedit V. C. Jac. Bornonius Lotharingicae Curiae Sammichaelinae Praeses'. in notis quas novem annis



post editioni Parisinae latinae adiecit (tom. II coll. 91-95 apud Migneum PG45, 1345-1350) Ducaeus hunc codicem praeter Gregorii de Pythonissa epistulam 'nonnulla alia similis argumenti opuscula' complectum esse memoravit nec non tres exemplaris lectiones attulit ut coniecturas proponeret. admonuit ad 103,7 'corrigendum est in Graeco διήρχετο, pro διήργετο', ad 103,28 'in ms. legebatur κατὰ κωλὰς sed emendandum censuimus καταкωχὰς ...', ad 107,3 'Graece erat μεμιασμένων αὐτῶ προῆγεν ἄρτον, cum forte legendum sit προῆγον ut ad corvos referatur ...'. qua cum descriptione codex Laurentianus Ashburnhamianus 1283 maxime congruit primum quod constat eum olim Mussipontanum fuisse, deinde quod exemplar editionis 103,7 διήργετο ut H Burn Zam Ash Sin Ambr praebuit et 103,28 κατὰ κωλὰς quocum confer κατακωλὰς in Ott Zam Ash Sin Ambr. quae menda communia angustiorem inter exemplar editionis et codices Zam Ash Sin Ambr necessitudinem patefaciunt.

(quod Ash legit 107,3 μεμιασμένω nullius momenti puto). in illo denique exemplari propriae codicum Zam aut Sin aut Ambr corruptelae non reperiuntur sed tria codicis Ash menda deprehendimus cf 101,10 Παύλου om Ash ed. 1596; 102,6 τοῦτο : τοῦ Ash ed. 1596; 107,9 τὸν om Ash ed. 1596. dubium igitur non est quin Fronto Ducaeus in collegio Mussipontano (ubi artem oratoriam inde ab anno 1578 docuit et de Sancta Scriptura inde ab anno 1592) codice Ash usus sit ut textum ederet. quamquam textus Ducaei a codice Ash multis locis discrepat quoniam mendis purgatus est quibus nunc omnes recentiores nunc memoria H aut familia Zam Ash Sin Ambr aut codex Ash solus laborant. nam ed. 1596 recte praebet ut T contra cett 101,4 εὑρήσετε (et Vat); 102,10-11 τὸν θεὸν; 103,6 ἀδιόδευτον (et Ott); 105,24 ἔσεσθαι; 106,12 ὄντως, recte ut T Caes contra cett 101,15 δι'; 104,23 τῷ γυναίῳ (et Burn), recte ut T Ott Caes contra memoriam H (cf. supra p. CLV) 102,12 ἵνα ἴδῃ T Ott Caes ἵνα εἰδῇ ed. 1596 sed 'ut videret' Ducaeus interpres: ἵνα δὴ cett; 103,4 ἐν semel (ut omnes praeter H Ash); ib.18 τοιαύτη καιρία; 106,13 εὐφυῶς (et Vat Burn); ib.26 διακονία (et Vat Burn Ambr); 108,8 διδόντος (et Burn). et recte praebet ed. 1596 contra familiam Zam Ash Sin Ambr cum cett (cf supra p. CLX) 101,16 ἀλλήλων; ib.17-18 προτεταγμένον (et Sin in marg); 102,10 διαλλαγῆναι; 103,22 μελλόντων; 104,23 γοητείας; 105,2 κατεπλάγη; 106,19 ἀνομβρίας (et Sin Ambr); ib.23 ἀπειρῆσθαι; ib.24 ἐπάναγκες (et Ambr); 107,3 μεμιασμένων (peccavit Burn); ib.7 συγκαταδικασθῆναι (et Ambr); ib.15 μωυσέως (μωσέως Ambr); 108,5 ἐπιζητηθέντων. ed. 1596 recte contra Ash cum cett (cf supra p. CLXI) 101,10 σὴν habet ed. 1596; 103,6 vide supra; 103,20 αὐτομολῆσαι; 106,5 λέγοντος; 107,14 ἐχόντων; 108,4 σεσαφήνισται. in editione 1596 primum leguntur haec quae in textum accepi

102,10	φασί	recte ed. 1596:	φησὶ codd (φησίν T)
103,11	τῷ	recte ed. 1596:	τὸ codd
104,1	εἶδος	recte ed. 1596:	ἴδοι T Ott Caes H Vat Burn Ambr ἤδοι Zam Ash Sin (ἤ-)
105,7	κατ'	recte ed. 1596:	κατὰ codd

et haec quae reieci
102,4 παρέσχοντο T Ott Caes: παρέχοντο H Vat Burn Zam Ash Sin Ambr παρέχονται ed. 1596; 103,19 τοῦ alt om ed. 1596; 104,16 τῆς om ed. 1596; ib.21 (vide supra p. CLX) σκιωδῶς ed. 1596; 107,12 τὸν τελειότερον codd: τῶν τελειοτέρων ed. 1596.

Tanta igitur sagacitate textus e codice Ash erutus ad integriorem

statum redactus est. neque hanc emendationem totam ingenio Frontonis Ducaei ascribere dubito. nam aliud exemplar unde lacunam memoriae H (107,10-12 μὲν — τελειουμένοις om) compleretur, Ducaeo ante oculos non fuisse ex eo apparet quod vir doctus lectionem intulit τῶν τελειοτέρων et adnotavit (ed. 1605 tom. II (Notae) col. 95) '.. videtur ὕπουλος hic locus et mendi suspectus, sic ut alterius manuscripti opem imploret'. Ducaeus igitur diligenter et optima coniectura textum non solum a mendis recentioribus purgavit sed etiam a corruptelis inveteratis. praeter 102,10; 103,11; 104,1, quae supra laudavi, plura restituit non tam editor quam interpres, quae posteri ex interpretatione latina in textum graecum rettulerunt cf

104,5 παρασκευάζει ed. 1638 Migneus 'efficit' ed. 1596 lat: παρασκευάσει codd ed. 1596 ed. 1615

ib.7 μηνίγγων ed. 1638 Migneus 'membranarum ac pellicularum' ed. 1596 lat: μιλίγγων codd ed. 1596 ed. 1615

ib.8 ἕκαστον Klostermann: ἑκάστω codd ed. 1596 ἑκάστη ed. 1615 ἑκάστην ed. 1638 Migneus 'unaquaeque' ed. 1596 lat

104,25-105,1 vide app, πρόσωπον τοῦ Klostermann 'quod eius personam' ed. 1596 lat πρῶτον αὐτοῦ codd edd graecc

106,8-9 ὁ γὰρ ἀνεπίσκεπτος Migneus 'qui enim inconsideratus fuerit' ed. 1596 lat: ὁ γὰρ ἀνεπισκέπτως codd edd 1596 1615 1638

107,22 τοῦτο μόνον ed. 1638 Migneus 'hoc solum' ed. 1596 lat: τούτου μόνον codd edd 1596 1615.

ceteras lectiones rectas quibus interpres excellit cum codex T aliique libri manuscripti integri sint enumerare supersedeo.

ed. 1605 Versionem suam Ducaeus anno 1605 immutatam repetivit (tom. II (Opera) coll. 93-97) neque anno 1615 cum Morellianam primam praepararet multa correxit praeterquam quod 101,14 pro 'subministrarem' praetulit 'obsequerer' et 103,7 verba 'versus impios' quae antea amissa erant (sed adfuerunt in Notis anni 1605) inseruit. inde ab ed. 1615 usque ad Migneum nulla fere versionis mutatio praeter 103,19-20: 'quam si ... reiciatur ut ... praeceps ... feratur' ed. 1615 'quam si ... reiciantur ut ... praecipites ... ferantur' ed. 1638 Migneus.

ed. 1615 Ex editione 1596 libellus De Pythonissa graecus una cum ceteris Gregorii opusculis quae Ducaeus collegerat in editionem Claudii Morelli anno 1615 non sine damno devenit cf corruptelas huic Pari-
Urb.13 sinae editioni (tom. I ff. 867-871) peculiares quas omnes codex Urbinas graecus 13 (ff. 254v-257v) repetivit ita ut facile probetur

scribam Urbinatis, Josephum Cretensem, hunc quoque textum ex Morelliana prima sumpsisse. cf 101,6 διερευνομένοις ed. 1615 Urb; ib.10 πρέπειν : πρέπει ed. 1615 Urb; ib.13 ὑποβάλῃ : ὑπολάβῃ ed. 1615 Urb; 102,11 τὴν om ed. 1615 Urb; 104,8 vide supra p. CLXV ἑκάστη ed. 1615 Urb; 105,3 σφαλισομένης ed. 1615 Urb; 106,14 προφήτειαν ed. 1615 Urb; ib.17 προσταχθεὶς : προσαχθεὶς ed. 1615 Urb, sed recte secundum Ducaei notam praebet 103,7 διήρχετο ed. 1615 et T Ott Caes: διέρχετο Urb διήργετο ed. 1596 et H Burn Zam Ash Sin Ambr. in ceteris ed. 1615 ab ed. 1596 non discrepat sed multa insuper menda auctor Urbinatis intulit velut 101,9 τέκνο; 102,6 προσφέροντι pro -ντος et alia huiusmodi.

ed. 1638 Corruptelas editionis Morellianae primae quas supra enumeravi Aegidius Morellus anno 1638 (tom. II pp. 35-39) sanavit omnes praeter 101,10 πρέπει, et 102,11 τὴν om. priores quoque errores prudenter sustulit: (cett i.e. ceteri codices et editiones praecedentes) 102,9 τῷ recte ed. 1638 et T: τὸ cett; 104,16 vide in app (πανστρατειᾶ aut -τειᾷ codd sed πᾶν στρατειᾶν Urb); ib.17 bis vide in app; 105,12 τε T τε καὶ sed καὶ seclus ed. 1638: τε καὶ cett; ib.24 εἰπὸν recte ed. 1638 et T: εἰπὼν cett et Migneus; 107,1-2 ἐχορηγεῖτο recte ed. 1638 et T Ott Caes: χορηγεῖτο cett; ib.15 ἀγνοήσεις recte ed. 1638 (cf Ducaei 'ignorabis') et T Ott(-ω-) Caes H Vat Burn: ἀνοήσεις cett; 108,3 στρατιᾶς recte ed. 1638 et Ambr vide supra p. CLXI. confer etiam pp. CLXIV et CLXV cetera quae ex interpretatione Ducaei restitui potuerunt. asterisco significavit Aegidius Morellus 102,6 θέλει et 106,9 ἀνεπισκέπτως corruptelas sentiens.

ed. Mignei Inter editionem Morellianam alteram et editionem Migneanam anni 1863 (PG 45,108-113) hoc interest quod 103,28 καταχωλὰς praebet ed. 1638 ut edd priores, Migneus autem καταχωχὰς notam Ducaei fortasse secutus; item Migneus ex Ducaeo sumpsisse videtur 106,8-9 (vide p. CLXV) et 107,3 προῆγον ubi προῆγεν ed. 1638 cum ceteris praeter T; ib.20 θεωρήσας pro θεωρήσεις ex Ducaei versione. corrupit denuo 105,24 pro εἰπὸν scribens εἰπών.

Ecce memoria textus in codice T minus vexata, in altera stirpe vel potius in codicis T progenie magis magisque deformata, in editionibus impressis gradatim mendis purgata, primum atque potissimum a Frontone Ducaeo, deinde ab Aegidio Morello. tertius **ed. Klost.** inter correctores fuit E. Klostermann. is, cum anno 1912 libellos de engastrimytho ex codice Monacensi 331 edidit, ad memoriam exemplaris sui corrigendam lectiones recte sive traditas sive coniectas ex editionibus prioribus congessit.

In editione Harvardiana praeparanda Hilda Polack femina docta quae annos circiter 1955-1962 et 1967-1976 inter socios fuit codices contulit et textum emendavit atque distinxit. locos biblicos attulit ad p. 102,6; 104,25sqq; 106,5-6 (Ps 84,9 et Num 22,8); ib.18-19; et indicavit 105,20 recensionem Luciani. Wernerus Jaeger et Hermannus Langerbeck viri illustres ipsi quoque textum restituerunt. Gregorium Platonicum p. 103,12-13 Wernerus Jaeger commemoravit. ego denique postquam codices de integro et totos contuli librosque impressos perscrutata sum, textum revisi et apparatum criticum constitui. quod codicem recentiorem (H) praeter vetustissimum Monacensem admisi, non mihi videbar meliorem memoriam aperire quam E. Klostermann. nihil aliud nisi memoriae mutationes patefacere intendi. ad apparatum fontium pauca adieci ex notis Ducaei quas vide vel aliunde decerpta. plura invenies apud K. A. D. Smelik VigChr 33, 1979, pp. 160-179.

Opere huius voluminis usque ad finem perducto praedicem oportet operam atque benevolentiam ab adiutoribus nobis navatam. multarum bibliothecarum librarii egregii libros manuscriptos et editiones raras nobis suppeditaverunt, collegae Instituti Monasteriensis Guestphalorum ex indice quem conscribunt de Gregorii usu dicendi nos certiores fecerunt. Helena Brown Wicher perdocta catalogi editionum impressarum auctrix inquirentibus nobis adfuit, et his et illis quorum iam initio aut suo loco mentionem feci omnibus cum in hoc volumine edendo aut procurando auxilium mihi tulerint ex animo habeo gratiam. summas grates debeo parentibus meis, patri prudentiae pleno et matri dulcissimae.

Francofurti ad Moenum
a. D. MCMLXXXII

Hadwiga Hörner

CONSPECTUS CODICUM

(Hunc conspectum secundum rationem ab Ottone Lendle introductam institui. codices plerosque Jacobus McDonough aut ipsa in situ inspeximus. versuum numeros quos e foliis nostrarum tantum partium cognovimus uncis indicavi. H. H.)

Hoc in conspectu significant

Ehrhard Albert Ehrhard: Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche von den Anfängen bis zum Ende des 16. Jahrhunderts, I Leipzig 1937

Lendle Otto Lendle: Gregorius Nyssenus, Encomium in sanctum Stephanum protomartyrem. Griechischer Text, eingeleitet und herausgegeben mit Apparatus criticus und Übersetzung, Leiden 1968

Mann Friedhelm Mann: Die Weihnachtspredigt Gregors von Nyssa. Überlieferungsgeschichte und Text, Diss. Münster 1975

R. Marcel Richard: Répertoire des Bibliothèques et des Catalogues de Manuscrits Grecs, Paris² 1958

V.G. Marie Vogel und Victor Gardthausen: Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, Leipzig 1909

Siglo D significantur codices duo
codex Ambrosianus gr. B 82 sup. (Contra fatum)
codex Monacensis gr. 192 (De infantibus)

Sinaiticus gr. 1139 chart. s. XVI ex., exc. duob. fasc. non num. 151 ff. 20 × 14,5. ff. 1-71v m. pr. 1/19, Orig., Eustath., Greg. Nyss. de engastrimytho, Zenonis edictum (!); ff. 72-151 m. alt., varia variorum. De Pythonissa ff. 62v-68

Gardthausen (767 R.) 231. — supra CLVIII, CLIX

J **Vindobonensis** theol. gr. 35 chart. s. XIII, 20 ff. in fol., 1/(56-58.45-48), poss. vid. Ioannes Sambucus, Greg. Nyss. opera partim decurtata partim integra. Contra fatum ff. 1-2v, In illud: Tunc (frg.) f. 3v, De infantibus ff. 14v-17v

Nessel (859 R.) 122; Hunger (860 R.) 11.15; Hunger/Kresten Kat. gr. Hss. Öst. Nat. bibl. 3.1, Wien 1976, 65; GNO VIII 2² Pasquali XLV. VIII 1 Jae-

ger 3, 36; Woods Callahan 357. III 1 Müller XXI, XXV, XXVIII, XLIII, XLIV. IX Heil 8; Gebhardt 137. — supra XXX, LXXII, CXVI

W **Vindobonensis** theol. gr. 42 chart. s. XII, 238 ff. 4°, 1/37, poss. Sebastian Tengnagel, Greg. Nyss. opera. De infantibus ff. 175-183, Contra fatum ff. 189-198

Nessel (859 R.) 122; Hunger (860 R.) 10.16; Hunger/Kresten Kat. gr. Hss. Öst. Nat. bibl. 3.1, Wien 1976, 00; GNO VIII 1 Jaeger 25, 108; Woods Callahan 355. III 1 Müller XLII, XLIX. IX Heil 6; van Heck 83; Gebhardt 150, 159, 174; Spira 362. — Lendle nr. 1 p. 102, 134; Mann 11, 23. — supra LXIII, XCII

Λ **Londinensis** Mus. Brit. Old Royal 16 D I membr. s. XII, 479 ff. 24 × 16,5, 1/40, Greg. Nyss. opera. De infantibus ff. 173v-181v, Contra fatum ff. 200-209v

